

V 489

COMMENTARI^I
DE
ORIGINE ET PROGRESSV LEGVM
IVRIVMQVE GERMANICORVM

PARS II.

LEGES ET IVRA POPVLORVM
TEVTONICORVM MEDIA
COMPLECTENS.

VOLVMEN II.

DE HISTORIA INSTITVTORVM ATQVE
IVRIVM FEVDALIVM IN REGNO GERMANICO

EX IPSIS FONTIBVS HAVENTVM IN VSVM STUDIOSE
IVVENTVTIS PRIVATAEQUE LECTONIS
PERSPICVE COMPOSITVM.

EDIDIT

D. CHR. GOTTL. BIENERVS

SUPREMAE CVRIA ELECTORALIS SAXONICAE ET
FACULTATIS IVRIDICAE ADSESSOR INSTITUTIO-
NV M IVRIS CIVILIS PROFESSOR ORDINARIUS
IN STUDIO LIPSIENSI.

LIPSIAE,

APVD GEORG EMANVEL BEER

MDCCLXXXV.



PRAEFATIO.

Iura historiam que medii aei binis volumini-
bus enarrare atque ita partem alteram horum
commentariorum absoluere constitueram; me-
mor huius consilii ius publicum atque priuatum
vno volumine persecutus fueram, idenque in
iure feudali et Romano fieri posse, sperabam;
sed hac spe me frustratum sentio. Tanta enim
rerum vitissimarum et scitu necessariarum se
mihi obtulit copia, ut vnum volumen vix ne-
cessaria complecti valeret. Quamobrem con-
sideratis et legentium commodis et coepti ope-
ris ordine, consilium mutandum et tertium
volumen medio aeo dicandum existimau. Al-
terum igitur partis secundae volumen lectori-
bus humanissimis offero, quo instituta feudo-
rum et iura in solo Germaniae regno tradidi.
Eius rei ergo veniam mihi datum iri confido,
si meminerint quam late haec omnia et olim
manaverint et adhuc pateant. Ego certe per-
fusissimus sum, neminem, nisi harum rerum
bene peritum aut in regenda patria, aut incau-
sis rerum publicarum et feudalium iudicandis,

aut in formis singulorum territoriorum explicandis, aut in originibus gentium nobilissimarum ac illustrissimarum inuestigandis enarransque feliciter et cum laude ac fuctu versaturum.

Quid in hoc volumine praefiterim, quemvis ipsa lectio docebit, ideoque nec in ordine eius aut explicando aut defendendo, nec in modo singulorum articulorum exponendo longus ero, haec tamen tacitus praeterire non possum. Tertium partis secundae horum commentariorum volumen, seu totius operis quartum, quo iuris feudalis Longobardici atque iuris Romani historiam usque ad Maximilianum I. A. enarrare constitui certe edetur, nec ultra biennium abhinc, si Deus vitam et valerudinem mihi porro largitus fuerit, in scriniis meis morabitur.

Initio suscepit laboris, tertiam partem horum commentariorum historiae nouae destinaveram, sed cum mediis aeui diuitiae tria compleverint volumina, licet iisdem coarctandis et minus necessariis recidendis semper intentus fuerim, mihi propositum est hosce commentarios quarto volumine absolutoque medio aeuo finire. Nec desunt huius consilii rationes. Etenim ut ab hoc incipiam, latini sermonis usus, quo hos commentarios scribere insciui, antiquis et mediis aeui temporibus omnino accommodatus fuit. Monimenta enim horum

tem-

temporum latina sermē lingua sunt composita,
locos clāsicos, quib[us] et probarentur, quae
dixeram, et illustrarentur, quū usque lector
quasi in rem praeſentem duceretur, adiicien-
dos ratus sum, vt ea de cauſa ipsa narratio
eūnī auctořitatibus per eundem sermonem
iuncta suauior et confiliis meis ad modatior
videretur. Nec puto id legentibus ingratum
fōre; niſi enim Gallorum more totam ciuita-
tem ecclesiamque, (religionem non dixerim,
hanc enim Deus, eius auctor, ſemper tuebi-
tur) funditus euentandam fuasēris, latīnae lin-
guae ſtudio et ſcientia atque omni eruditio-
nī appārātu ad leges, iura et instituta maiorum
noſtrorūm explicanda, carere non poſſumus,
ideoque nec ab institutione adolescentium, qui
ad rem publicam in ſingulis pariibus regendam
efformari cupiunt, nec a consuetudine viro-
rum doctōrum, quorum est artibus atque ſcien-
tiis excoledis illuſtrāndisque atque ad posteri-
tatem propagandis operam impendere, abeſſe
poſteſt aut debet. Quamot rem ipſe et auctor
et ſuafor ſemper exſiti, vt opera, quae magis
ad eruditioñem, quam lectionum ſubitanear-
um fabulas pertinēnt, ſermone latīno compo-
nāntur, in quo equidem optimum et doctiſſi-
mum quemque coſtentientem, me habiturum
ſpero, nec aliter in iure agier oportere I. B. DE
SENKENBERG Meditationum iuridicarum cap. V.
de uſu linguae latīnae bodierno in ſcriptis maxi-
me iuridicis, pluribus argumentis, quibus ta-

men grauiora addi possunt, recte iudicauit. Itaque nec mihi vitio versum iri arbitror, quod his ipsis temporibus, quibus cum ipso seculo fuga latini sermonis instare videtur, quatuor volumina latino sermone edenda haud inutile nec a studiis nostris alienum existimari. Neque tamen non id tempori dare me oportuit, vt ne latinos commentarios vltra modum proferrem. At vero praecipuae finiendi operis causae mihi fuere, vt haec quatuor volumina, opus, quod ad omnem iuris patrii antiquitatem et historiam illustrandam explicandamque pertineret, proprium constituerent, quodque prae-terea modico veniret pretio.

Volumen quartum indice rerum per hos commentarios dispersarum instruam, vt et memoriae legentium consulatur, et totius operis usus subleuetur; interim, quod in prioribus voluminibus iam factum est, huius quoque argumenta dabo, vt et ordo et summa rerum pateat.

LIBER I.

Historia institutorum feudalium inde ab interitu Carolidarum vsque ad Maximiliani-
num I. A.

INTRODVCTIO.

Ordo huius voluminis breuiter exponitur.

CAPUT

C A P V T I.

Historiam ab interitu Carolidarum usque ad
successionem feudorum continens.

§. 1. *De institutis feudorum regnante Conrado I.
et Henrico I. R. R. Germanorum;*
α) *Historia feudorum maiorum;*
β) *De feudis minoribus.*

§. 2. *Historia feudorum inde ab Henrico I. usque
ad Conradum II.*
α) *de feudis maioribus,*
β) *de beneficiis militaribus,*

§. 3. *De ministerialibus Regum atque Principum
in Germania;*
α) *in vniuersum,*
β) *de ministerialibus regni Germanici,*
γ) *de ministerialibus Principum in
Germania,*
δ) *de dignatione horum ministeriorum.*

C A P V T II.

De successione feudorum eiusque effectibus.

§. 4. *Successio feudorum regnante Conrado II.
Salico constituitur;*
α) *de successione in beneficiis militum
in comitiis Aquisgranensis annno CIOXXV. constituta.*

β) de successione beneficiorum maiorum,

γ) Legem Conradinam ad beneficia ministerialium et castrensum vasallorum non pertinuisse, adseritur.

§. 5. De effectu legis Couradinae in vniuersitate Germaniae republica generatim;

§. 6. Qualem vim successio feudorum in leges et iura habuerit, breui expenditur;

§. 7. De effectu legis Conradinae in clientelis territorialium;

§. 8. De originibus nobilitatis ex lege Conradiana seu feudorum successione repetendis;

α) de nobilitate superiore,

β) de nobilitate inferiore.

CAPVT III.

Historia feudorum inde a Conrado Salico vsque ad medium seculum XIII, seu Fridericum II. A.

§. 9. De incrementis feudorum praesertim imperialium;

α) de feudis imperii,

β) de expectantiis in feuda imperii,

γ) de feudorum imperialium multiplicacione,

δ) de dominio directo feudorum imperialium.

§. 10.

- §. 10. *De incrementis feudorum prouincialium;*
 α) *de feudis militum vassallorum,*
 β) *de feudis ministerialium.*
- §. 11. *De vassallis et beneficiis castris;*
 α) *vſus caſtrorum in Germania,*
 β) *de militia caſtreſ,*
 γ) *de beneficiis caſtreſ.*
- §. 12. *De originibus iuris feudalis publici atque priuati;*
 α) *de legibus feudalibus et iure feudorum publico,*
 β) *de iure feudali priuato.*
- §. 13. *De propagatis in terras Slauicas regno Germanorum subiectas institutis et iuribus feudorum,*
 α) *de primo propagandi instituti feudalis modo,*
 β) *de altero propagandi instituti feudalis modo.*

C A P V T IV.

De feudis institutisque feudalibus Germaniae
 inde a Friderico II. vsque ad Maximiliānum I. A.

- §. 14. *De fide clientelari reipublicae Germanicae vinculo;*
 §. 15. *De legibus iuribusque feudorum in primis imperialium;*
 §. 16. *De incrementis feudorum imperialium.*

CAPVT V.

Historia iuris succedendi in feudis praesertim imperii.

§. 17. De ampliata feudorum successione;

- α) Fundamentum successionis feudalnis,
- β) de diuisione feudorum plena et minus plena.

§. 18. De ordine succedendi in feudo.

§. 19. De origine et natura successionis ex iure primogeniturae.

CAPVT VI.

De simultanea inuestitura.

§. 20. De origine et progressu simultaneae inuestitutiae;

- α) causae introducuae simultaneae in vestitutiae,
- β) qui simul inuestiti dicantur,
- γ) progressus simultaneae inuestitutiae.

§. 21. De natura simultaneae inuestitutiae et successionis inde competentis ordine nec non eius ambitu in feudis Germaniae.

CAPVT VII.

De feudis apertis et expectantiis.

§. 22. De feudorum imperio apertorum collatione;

§. 23.

- §. 23. *Ius conferendorum feudorum imperio aper-torum penes Imperatorem fuisse enar-ratur;*
 §. 24. *De expectantiis in feuda imperii.*

CAPUT VIII.

De institutis et iuribus feudalibus territorio-
rum Teutonicorum a Friderico II. A. vs-
que ad Maximilianum I. A.

- §. 25. *De incrementis, vi et effectu feudalium in-
stitutorum in territoriis Germaniae;*
 §. 26. *De coniunctione dominii directi cum territo-
rio et firmata inde subiectione ciuili;*
 §. 27. *De feudis extra curtem;*
 §. 28. *De vassallis nobilium;*
 §. 29. *De originibus iuris feudorum particularis;*
 §. 30. *Narratio de feudis oblatis quorundam ter-
ritiorum refellitur.*

CAPUT IX.

De iure successionali, simultaneae inuestitu-
rae, atque expectantiarum in feudis terri-
torialibus.

- §. 31. *De successione in feudis territorialibus;*
 §. 32. *De simultanea inuestitura;*

§. 33.

§. 33. *De feudorum apertorum et expeditantiarum iure.*

CAPUT X.

De vario clientelarum nexu.

§. 24. *De nexus clientelaris in regno Germaniae praeflanzia.*

§. 35. *De septem clypeis militaribus regni Germanici;*

- α) *notio clypearum seu ordinum militarium generatim traditur,*
- β) *qui quoquis clypeo comprehensi fuerint enarratur,*
- γ) *de variis clypearum militarium rationibus.*

§. 36. *De nexus clientelarum irregulari.*

LIBER II.

Historiam codicum iuris feudalis ex medio aevo complectens.

CAPUT I.

Historia codicum iuris feudorum vniuersalis in Germania.

PROOEMIVM.

De dupli codicum iuris feudalis genere vniuersim.

§. 37.

§. 37. I. De codice iuris feudalis, qui Auctor vetus de beneficiis, inscribitur;

- a) Historia opusculi de beneficiis,
- β) Ulteriora libelli fata enarrantur.

§. 38. II. De codice iuris feudalis Repgouiano var. isque accessionibus;

- a) Historia iuris feudalis Saxonici,
- β) Fata iuris feudalis Saxonici enarrantur,
- γ) de versione latina iuris feudalis Saxonici,
- δ) de glossis iuris feudalis Saxonici,
- ε) de opusculo Richtsteig Leburecht dictione,
- ζ) de sententiis iudiciorum feudalium.

§. 39. III. De codice iuris feudalis Sueuico;

- a) Historia iuris feudalis Sueuici,
- β) de usu et auctoritate iuris feudalis Sueuici.

§. 40. IV. De iure feudali Kaiserrecht vocato;

- α) de origine et natura huius iuris,
- β) de usu et auctoritate iuris feudalis Caesarei.

§. 41. V. De codice iuris feudalis Goerlensis;

- α) de natura et indole codicis relati,
- β) de usu iuris feudalis codice Goerlensis comprehensi.

CAPVT II.

De codicibus nonnullis iuris feudorum particularis.

§. 42. *De codicibus ad iurâ feudorum particula-
ria pertinentibus;*

- α) de iure feudali Bauarico,
- β) de iure Bauarorum clientelari
communi,
- γ) de iure feudali Bauarorum pro-
prio.

§. 43. *De iure feudali Austriaco atque Tecklen-
burgico;*

- α) de iure feudali Austriaco,
- β) de iure feudali Tecklenburgico.

EPILOGVS.

*Nonnulli alii iuris feudorum particularis codi-
ces nominatim recensentur.*

Haec igitur est tabula, imaginem seu potius umbram, quod hoc volumine continetur corpus demonstrans; nihil addendum censeo, nisi hoc, quod sciens prudensque praeter origines et progressus institutorum et iurium feudarium, eorumque causarum et effectuum, nihil neque de vi eorum ac potestate in effingendo populi Teutonici ingenio moribusque formandis, quam multiplicem atque omnino salutarem fuisse, facile demonstrari potest, obseruaue-
rim,

rim, neque in singulis locis articulisue, quorum cum vniuersa historia nexus tam arctus ac necessarius non erat, secundum seriem temporum tradendis illustrandisque versatus fuerim. Nugatorem autem politicum agere, licet, prout seculum est, id probetur et laudetur, plane nolui, historiam contra inuestiture, litterarum clientelarium, tutelae aliorumque locorum, vt ne volumen ultra modum excresceret, omisi. Finirem hanc praefatiunculam, nisi hic ipse, quo haec scribo dies, mihi auspicia anni, quo ante tria secula AVGUSTISSIMVM CAMERAE IMPERIALIS TRIBVNAL, maximo Germaniae bono, institutum fuit, denunciaret. Iudicium enim hoc, regnante FRIDERICO III. I. A: anno MCCCCLXXI. Adolpho, Archiepiscopo et Electore Moguntino, eius magistratu ordinato, institutum, eodem autem mortuo collapsum, sed Lintii MCCCCLXXXII. resuscitatum, quod Vol. I. P. II. horum commentariorum p. 130. diximus, tandem regnante MAXIMILIANO I. A. pridie Kal. Nouembr. an. MCCCCLXXXV. mane intra nonam et decimam horam Francofurthi ad Moenum in aedibus Braunfelsianis, auctoritate Augusti redintegratum, lege aeterna fundatum, et Fridericus Comes Zolleranus, qui iam antea magistratum hunc gesserat, Iudex sceptro Camerali inauguratus fuit. Meum non est laudes Augustissimi huius tribunalis praedicare, aut commoda, quae inde in totam Germaniam redundarunt, enarrare, haec enim a me

me meoque ingenio longe abesse probe sentio,
id autem dicere atque contendere ausim, sine
hoc iudicio rem Germaniae publicam stare non
potuisse. Itaque deuenerenda est diuini numi-
nis prouidentia, quod hoc tribunal per tria
secula seruauit patriae, mihiique temperare non
possum, quin annum eius d.emque natalem in
legentium memoriam reuocem omnesque bo-
nos exhorter, vt pia vota pro salute et conser-
vatione diuturna huius iudicij, ipsiusque Au-
gusti et Ordinum Imperii nuncupent. Faxit
Deus, qui ante trecentos annos pacem publi-
cam iusitiamque Germaniae prouidentia sua
impertitus est seruauitque per tot annos, vt
hoc anno pax externa patriae charissimae redi-
tatur, status tranquillitatis iustitiaeque redinte-
gretur, diesque natalis iudicij Augustissimi, Pace
ac Iustitia comite, laetior auspiciatiorque reuer-
tatur ac celebretur. Scripsi Lipsiae Kalendis Ia-
nuariis MDCCCLXXXV.

D. CHRIST. GOTTLÖB BIENERVS.

Antecessor Lipsiensis.

HISTO-

HISTORIA
IVRIS GERMANICI.

PARS II.

LEGES ET IVRA POPVLORVM
TEVTONICORVM MEDIA
COMPLECTENS.

VOLVMEN II.

DE HISTORIA INSTITVTORVM
ET IVRIVM FEVDALIVM IN REGNO
GERMANIAE.

DE IVRIBVS
LEGIBVSQVE GERMANORVM
MEDIIS.
VOLVMEN II.

LIBER I.

HISTORIA INSTITVTORVM
IVRIVMQVE FEVDALIVM INDE AB
INTERITV CAROLIDARVM VSQVE
AD MAXIMILIANVM I. A.

INTRODVCTIO.

Quam prima horum commentariorum parte
contexere coepi feudorum iurisque feudalium historiam, per medium aeuum nunc per-
sequi placet, quo quidem hoc institutum a te-
nui, quod iam cognouimus initio, ad tantam excreuit amplitudinem, vt totam rem publi-
cam continere videretur. Atque omnino est
haec historiae nostrae portio nobilissima, sine
qua neque ciuitatem vniuersam, neque singu-
las eius prouincias earumque regimen nosse da-
tur.

tur. Late quidem manat, vt, si singula perse-
qui et in quoouis territorio morari velle, nec
hoc nec forte plura hanc historiam cernerint vo-
lumina, quod quum a proposito nostro et tem-
pore alienum, generatim secundum certas aeta-
tes rem enarrabo, vt quilibet facile singula in-
vestigare atque ad territorium suum applican-
do progredi possit.

Origines institutorum feudalium populis
Teutonicis vindicauimus, atque in Galliam,
Hispaniam, Italiam, Britanniamque illata dixi-
mus, ideoque ordo coepus exigere videtur, vt
in his etiam regnis feudorum historiam perse-
quamur. Quemadmodum autem in iure pu-
blico et privato ad fines regni Germanici et
Italici revocanda fuit historia, ita eandem in
hac parte impositam mihi necessitatem sentio.
Communia quidem fuere instituti feudalis ini-
tia, sed progressus in singulis regnis proprium
opus flagitant, eaque de caussa neque Galliae,
Hispaniae, Britanniaeque regnorum, ullam ha-
bebo rationem, neque in regno vtriusque Sici-
liae aut sedis Romanae territoriis, quamuis
in his ipsis feudorum instituta late pateant, mo-
rabor, solam regni Germanici et Longobardici
historiam enarratorus. Feuda institutumque
feudale hoc spatio in Daniam, Poloniā, Liuo-
niā, Curlandiam, Porussiamque propagata
fuere, sed nec in his partibus historiam ex in-
stituto persequar, ¹⁾ neque enim haec ad no-
stram

stram ciuitatem nunc pertinent, aut vim magnam in interpretandis feudorum iuribus habent, ideoque a loco nostro aliena duco. Duobus libris hoc volumen abfoluam, uno ad instituta et iura feudalia, altero ad codices iuris feudalismi pertinente. Videamus igitur primum quae fuerint nexus iurisque clientelaris in Germaniae regno fata et progressus.

¶ Ad haec regna spectant sequentia scripta: ANCHERSONI *Ius Publicum et Feudale veteris Norvegiae Hafniae 1736.* inque EIVSDEM Opusculis per Oelrichsum an. 1775. editis; in primis hic pertinet opus: *Norwegens Staatsverfassung vor der Lehnzeit mit Odelsrecht und Volksfreiheit in der Lehnzeit und dann adliche Gerichtsbarkeit — von TYGE ROTHE.* Aus dem Dänischen übersetzt von Christian Heinrich Reichel Hafniae et Lipp. T. I. 1784. T. II. 1789. in octenis. Auctor Daniæ duntaxat habuit rationem, cui iungi potest; PETER KOFOD ANCHER *Dänisches Lehnsrecht.* Uebersetzen und mit einigen Anmerkungen und einer Vorrede — von Johann Heinrich Bærens Hafniae 1788. 8vo.

Ad Poloniam spectat; Disquisitio thematis: *Quomodo? quae ratione feudorum iura ac leges in Poloniā pervenerint? quaenam feudorum consuetudines, Teutonicæ an Longobardicæ, in definiendis per regnum Poloniae dominorum ac vassallorum iuribus fundamenti loco positaæ fuerint? quaciam sint prima et antiquissima feudorum in regno Poloniae vestigia ac tempora?* ab Illustri scientiarum societate Lipsiae in vilitatem litterarum per Serenissimum Principem Iablonovsky fundata, in annum CIOCCCLXXXVII. propositi, quod opuscolum Illustri societati exhibitum palnam refulit et T. IV. *Miscellaneorum iuris feudalis Halae 1794.* editum inferere dignatus est V. ILL. ZEPERNICKIVS.

Fontibus accenseri potest ac debet IOANNIS DE LASKO *Commune Privilegium regni Poloniae* ubi in primis fol. 245b liber iuris feudalis re-

6 LIB. I. HISTORIA INSTITUTCRVM FEVDALIVM.

peritur. Opus quoque: *Privilegia der Stände des Herzogthums Preussen — Brunsbergae 1616. editum, continet: Vertrag des Hohmeisters und Ordens mit der Landschaft wegen der Magdeburgischen Lehnsgüter zu beyden Kindern, deinde: Das neue Gnadenprivilegium über die Magdeburgischen und Lehengüter des Herzogthums Preussen*, vt alia monumenta iuris feudalis ad Prussiam pertinentia taceam. Silentio tamen praeterire non possum, quod ZEPERNICKIUS in sylloge citata p. 313. recudendum curavit scriptum: *über die Lehne im Königreich Preussen, ex quo certe intelligitur, quam late patet historiae nostrae utilitas.*

Iura Liuoniae feudalia continentur in codice: *Dat Ritterrecht appellato, quem OELRICHSIUS in opere, iam Vol. I. P. II. p. 243. Horum commentariorum recensito, edidit, addendum nunc est: Versuch einer Geschichte der Liefländischen Ritter- und Landrechte, nebst der hochdeutschen Uebersetzung des Liefländischen Ritterrechts, welches in plattdeutcher Sprache zuerst im Jahr 1537. hernach im Jahr 1773. (nimurum in opere Oelrichsiano) — gedruckt worden, Rigae 1794. in octenis in pressum. Versio seu potius in linguam nouam translatio incipit p. 315.* notis, quibus et res et verba illustrentur, adspersis. Imperatrix Russorum nexus feudalem in Liuonia, anno huius seculi LXXXIII. abrogauit quidem, nec tamen ipsa feudorum iura sustulit, ideoque auctor vsum iuris equestris Liuonici hodiernum recte defendit. In primis in hoc opere memorabile est IUS FEVDALE EHSTLANDICVM a WALDEMARO II. Danorum Rege equitibus suis indulsum atque ab ERICO R. anno MCCCCXV. in scripturam redactum, nunc autem in opere citato p. 257. seqq. primitus editum, licet in ipsa codicis historia auctor labi videatur.

CAPVT

CAPVT I.

HISTORIAM AB INTERITV
 CAROLIDARVM VSQVE AD SVCCES-
 SIONEM FEVDORVM CONTINENS.

§. I.

*De institutis feudorum regnante Conrado I. et
 Henrico I. R. R. Germanorum.*

Difficile est vna oratione omnia feudorum genera simul complecti, itaque et rerum enarrandarum copia et totius operis ordo exigit, vt post generalem feudorum historiam nobilio-
 ra eorum genera persequamur. Quam prima parte iam fecuti sumus rationem, vt feuda maiora a minoribus distingueremus, tantum abest, vt omittere queamus, vt potius funda-
 mentum huius historiae constituere videatur.
 Accessere alia feuda, quae propter vim in iura
 feudorum ipsamque ciuitatem, prateriri non
 debent. Haec ex monumentis fide dignis, ex
 auctoribus, chartis, ac diplomatis mediis
 aeuī narrabo, rationem simul caussarum atque
 effectuum habiturus, semper tamen memor,
 historiam scripturo paucis philosophandum,
 nam omnino haud placet.

a) HISTORIA FEVDORVM MAIORVM.

Feuda maiora dico, quae cum munere
 rectoraque in ciuitate aut ecclesia ab ipso Prin-

cipe conferuntur, ita ut tali feudo honoratus rempublicam ecclesiamue in partibus sibi commissis administret, Regi autem fidem et servitiae interposito sacramento praestet. Hoc genere comprehenduntur primum ducatus, comitatus, marchionatus omnesque principatus cum potestate et iurisdictione, deinde episcopatus et archiepiscopatus, abbatiaeque, nec non reliqua munera quibuscum territoria et regalia iungimus fuit. Landgravios, territoriorum Aduocatos atque Camerae Nuncios eodem genere comprehendi, histoia docet, ideoque sigillatim eorum historiam tradere non attinet, celsantibus Camerae Nunciis, Landgrauis contra et Advocatis ordini Principum mixtis adscriptisque.

In magistratu ciuili tria distingui oportere allodium, munus publicum et beneficium iam prima parte horum commentariorum monimus, idemque adhuc fieri oportere historia testis est. Haec demum post successionem feudorum introductam paulatim coalescere, vnumque patrimonium dominiumque constituere coeperunt. Allodium in pleno rectoris atque totius gentis dominio reputabatur, late patens saepe et plures incolas vassallosque, qui soli domino, servitio erant, complectens et cum regimine ac iurisdictione ex ipsa regni Germanici formula coniunctum. Ex indulgentia Regum et Imperatorum his addi solebant, quae dominio

nio non inerant regalia,¹⁾ propriumque inde exstittit territoriorum genus, quae tamen paulatim aut feidis iuncta, aut in feuda commutata fure, vt vix vnum alterumue seorsim supersit. Ditissimus enim quisque ac potentissimus in territorio, Dux et Comes creari solebat, hic populos sibi subiectos ex palatio suo regebat et praecepta dabat, tantamque sibi potentia et munere adquirebat auctoritatem, vt subditi et vassalli magis a nutu eius, quam ab auctoritate Regis penderent. Periculoso quidem erat in ciuitatem, publicam priuatamque iungere potentiam, ita tamen ferebat regni Germanici formula, exigente id ipsum interdum singulorum populorum iure. Muneri adjuncta erant beneficia, quorum usus et fructus salarii stipendiue instar percipiebatur.

Munera ecclesiastica, quae in regimine dioeceseos, provinciarum, monasteriorumque verabantur, sine dote, id est, sine terra, in qua fundarentur, intelligi non poterant, ideoque ab ipsis principiis iam proprietas terrarum et munera ecclesiastica iuncta fuerunt. Paulatim dictati, territoriisque adeo exornati fuere ecclesiarum ac monasteriorum rectores, vt potestati sacrae adderetur iurisdictio ciuilis, vtraque tamen natura ac lege discerneretur.

Magistratus tam sacros, quam ciuiles a Rege ordinari moribus maiorum receptum erat, ipsa autem inauguratione solemni ritu peragebatur,

A 5 tur,

tur, vt Rex symbolo munericis tradito, fidem publicam solemnemque exigeret.

Conradus et Henricus I. Germaniae Reges, more maiorum regni et ecclesiae munera Principibus vtriusque ordinis concederunt, vt nulla aut successio aut alienatio investiturae inesset, sed mortuo vassallo munus ad liberam Principis collationem rediret²⁾). Duces potentium quorundam Germaniae populorum per ultima Carolidarum tempora, tantam sibi adquisuerant potestatem, vt magis populorum suorum fauore ac suffragio, quam Regis ordinatione praecesse viderentur. Itaque nonnulli Conrado I. ad solium electo pristinam fidem et subiectionem sponte praefare recusarunt, tandem tamen in clientelam regni redire omnes, vt nulla in regimine aut formula Germaniae et magistratum inauguratione fieret innovatio. Itaque opinioni eorum accedere nequeo, qui omnem Germaniam in partes populosque diuisam fuisse Ducesque populorum territoria sua Conrado I. in feudum obtulisse, reservata sibi regiminis potestate, statuunt. Haec quidem opinio iam olim displicuit fere omnibus, nostra certe aetate in tanta historiae patriae luce, qui eam sequuntur, scio neminem, ideoque in eadem resellenda parum morabor³⁾). Efficitur inde, vt feuda imperii maiora pro oblatis indistincte haberi nequeant, eaque omnia, quae inde argumentari placuit, testimonii coaevis atque ipsi veritati repugnare intelligantur.

(3) de

β) de feudis minoribus.

Feuda minora ea dico, quae sine regimine sacro atque ciuili in singulis praediis cum officio militandi et seruitia alia praettandi conceduntur. Due erant horum vassallorum classes, alii enim beneficia a Rege ex patrimonio regni accipiebant, alii a Ducibus, Comitibus, Episcopis et Abbatibus ex patrimonio familiarium, ecclesiarum, monasteriorumque; illi in seruitio Regis, hi seniorum suorum erant; illi iurisdictioni Ducis Comitisue suberant, atque, si fallor, ab eodem Principe, in eius districtu beneficium acceperant, ex delegata Regis Imperatorisue potestate inuestiri solebant, hi partem patrimonii constituebant, cum quo alienari et ad quemcunque possesseorem transferri solebant. Omnes hi vassalli beneficiis duntaxat fruebantur⁴⁾, quae ipsis seruitiis militaribus mereri oportuit.

- 1) De Comitum allodiis plura dabit testimonia PFEFFINGERVS Lib. I. Tit. XVI. §. 6. T. II. p. 12 seqq. BALVIVS ad Capitul. Reg. Franc. T. II. p. 1294. SCHOFFLIN. Alf. Illustr. T. I. p. 625 et p. 663, aliisque. Sed quomodo regendi potestas ipsis praediis accesserit, egregie docent et bulae ARNVLPHI R. an. 898. apud ACTOREM Operis de Iuuania in app. num. LVIII. p. 28. vbi: quidam noster ministerialis nomine Heimo Serenitatis nostrae magnitudinem deprecatus est, ut in orientalibus partibus in pago Grunzwiti dicto, vbi Arbo terminalis comes praeceps visus est, super proprietatem suam, legalem sibi redditus in postulatam in proprietatem sibi concessissimus: at nos petitionibus eius libenter annuentes, memores crebri devotique eius obsequii decre-

decrevimus ita fieri. Dedimus quidem ei cum consensu
 praefati comitis EIVSDEM HAEREDITATIS SVAE
 RECTITUDINEM PERPETVO IVRE IN PROPRI-
 TATEM. Et iussimus hos celstitudinis nostrae apices
 inde fieri per quos sanctimus firmissimeque iubemus, ut
 nec praenominatus comes nec ullus iudex publicus, vel
 villa ex iudicaria potestate persona aucti temerario con-
 tra banc nostrae institutionis auctoritatem in easdem
 proprii sui iuris causas, aut homines eius tam ingenuos
 quam servos ibidem habitantes disstringendos, vel villas
 illicitas occasiones, seu ullius pressurae calamitatem in-
 gerere, vel exactare praesumat, sed liceat illi, successo-
 ribus suis eandem rectitudinem securi atque tranquille
 habere ac possidere in auro. Eo videlicet rationis teno-
 re, ut homines eius inde cum terminali comite, vbi ipse
 elegerit, urbem aedificant, et si quando necesse eveniat
 ad semei ipsos defendendos cum rebus suis illuc confu-
 gium faciant, custodias cum ceteris more solito ad com-
 munem suae salvationis vel circumflectione contra ini-
 micorum infidias tuelam vigilanter exhibentes. Re-
 sedisse in suis castris allodiisque Duces atque Comites ex
 CAPITULARIBVS apud BALVZIVM T. II. p. 1294.
 discimus, et quam blande ipsi Reges cum his dominis
 castrorum eggerint, hoc unum testimonium esto, HEN-
 RICVS I. tabulis anni 932. apud GUNDLINGIVM in
 Henrico Aucupe p. 303. datae in fundatione monasterii
 auctoritati addit: praeterea, quia locus ille consistit in
 vicinia castri Namencensis, precamur Comitem Namuci,
 sicut fidem et amicum nostrum, et ut particeps nobis-
 cum existat ipsius ecclesiae orationum et grates a Deo
 et laudem a nobis habeat, si tempus aut res expostula-
 verit, recta manu et vero auxilio submissum est ecclesiae
 ipsius adiutorii, cf. TR. MEVS: Bestimmung der Kai-
 serlichen Machtvollkommenheit — P. III. p. 140.

- 2) GERHARDVS Presbyter in vita S. Vdalrici, Episcopi
 Augustani, qui munus suum ab Henrico I. acceperat, re-
 latis precibus: Rex, inquit, intuens herilitatem statu-
 rae illius et compieris doctrinae suae scientiam, peti-
 tioni eorum assensum praebens, regio more in manus
 eum accepit minoreque Pontificatus honorauit. His
 vero ita peracsis, hilari animo de Rege revertentes et
 ad Augustam pervenientes secundum Regis edictum po-

teſta

testativa manu investituram Episcopatus sibi perfecterunt. Succedente vero tempore nativitatis domini in die solemnitatis innocentium, consuetudinario rito ordinatio eius peracta est. Testimonia ALBERTI STADENSIS ad an. 915. apud SCHILTERVM S. S. Rer. Germ. p. 208. et DITHMARI MERSEB. lib. I. chron. apud LEIBNITIVM T. I. SS. Rer. Brunsv. p. 328. et 329. excitatissimum sufficiat. cf. TR. MEVS cit. P. II. p. 23. Munerum civium libere collatorum perquam multa existant testimonia. Burchardo Alemaniæ Duce anno 926. in Italia caeo, secundum REGINONEM ad annum 926. ducatus Herimanno commissus fuit. LVITPRANDVS Histor. lib. II. cap. 7. de Arnulpho Bauariae Duce memoriae prodidit: Henricus (I) Regis miles efficitur et ab eo concessis rotius Baioariae Pontificibus honoratur; REGINO ad annum 892. de Thuringia retulit: Popo Dux Thuringorum dignitibus expoliatur, ducatus, quem tenuera, Curado commendatur, quem paucum tempore tenuit et sua sponte eum reddidit. Deinde Burchardo Comiti committitur, qui eum haecenius strenue gubernat. DITHMARVS p. 325. de Henrico Ottonis II. Saxoniae Ducis filio ait: in vacuum succedens hereditatem iure, et maximam beneficii partem gratuito Regis suscepit ex munere. Plura loca et testimonia non cogam. PFEFFINGERVS T. II. Vitr. Illustr. p. 89. 201. 240. 282. 350. et 377. seqq. fuisus demonstravit, rectorum prouinciarum his temporibus in arbitrio Imperatorum fuisse repositam. Vnum exemplum addo. CONRADVS I. an. 914. in codice Laurisbaimensis Abbatiae dipl. T. I. num. 62. Abbatiam cuidam tradit ad vitam — atque nostrum regale seruum, sicut antiquitus constitutum est, perget,

- 3) Princeps in hoc genere est LVDEWIGIVS, qui in diss. Germania Princeps sub Conrado I. Opusc. Miscell. T. II. p. 207. in Commentario ad A. B. Caroli IV. T. I. p. 391. in libro: Henricus Auceps, historia anepta, in que pluribus aliis scriptorum a se editorum locis, ut puta in diss. de cimiriarum dispari nexus cum I. R. G. in singularibus iuris publici p. 70. seq. atque in diurnis Halensibus hanc excoluit defenditque doctrinam. At enim huic disputationi primum id vitii inest, quod morte Ludouici Infantis omnem regni Germanici nexum fuisse

fuisse solutum statuant; dabo, subiectionis pacum erga Reges Francorum exspirasse, inde tamen non sequitur, vt subieccio erga ciuitatem deserit. Quamobrem non singulorum erat arbitrium, virum hanc etiam soluere, an Regem creare malling, hoc certe omnium populorum consensu fieri debuisset. Plerisque autem novum creare Regem, cui eadem, quae prioribus Regibus concessa fuerat, traderetur potestas, placuisse, fide monimentorum constat, vt LVITPRANDVS lib. II. Hist. cap. VII. Principes, qui subiectionem ciuitati et Regi debitam sponte praefstare recusauerant, pro rebellibus haberet. Deinde tota illa narratio de mutanda reipublicae forma atque de territoriis prouinciisque, retenta potestatis plenitudine, Regi offerendis, monumentis historiarum repugnat. In conuentu enim Ducum popularumque, quo Conrado I. summa in regno Germaniae potestas demandata fuit, de Rege creando, sed non de dissoluenda aut mutanda ciuitate actum fuit, ideoque Conradus I. pristinam ab omnibus recte exegit obedientiam, eos ut rebelles coerentur, qui hanc ipsam degauerint. Quanquam enim hoc consilium plene exerci non potuerit, sed desideriis quorundam Ducum plus, quam ab initio constituerat, concesserit, ea tamen lege id factum est, vt fide et subiectione praefsta, maiestatem regni Regisque venerarentur. Nec quae de ipsorum Ducum potestate in Comites et Nobiles atque Episcopos flatuuntur, aut de successionali iure memorantur, monumentis historiarum conueniunt, vi tota haec doctrina nescio quam ob causam efficta et exculta videatur. Itaque ex monumentis fide dignis eandem sibi refellendam sunserunt GVNDLINGIVS diff. de statu Germaniae sub Conrado I. §. 9. seqq. et in TR. Henricus Auceps, inscripto p. 50. seqq. AVCTOR chronicci Gutwicen- sis Lib. II. T. I. p. 63. 123. 150. KOPPIVS de insigni differentia Comitum et Nobilium immediatorum p. 50. seqq. In rationes inquisitive FÜRSTENERIVS de jure prematu cap. II. III. et IV. BVRIVS in commentario ad Schilteri Institutiones Iur. Feud. p. 27. tandem virtusque scholae argumenta breui recensuit BISCHOF- FIVS de feudis oblatis §. 61 — 64.

4) cf.

4) cf. CHARTA an. 889. apud AVCTOREM de Iunania
app. num. 5^a. p. 109. CONRADI I. apud SCHANNA-
TVM Tradit. Fuld. p. 226. nec non Origg. Guelf. T. IV.
p. 284. Horum Commenti. P. I. §. 67.

§. 2.

*Historia feudorum inde ab Henrico I. vsque
ad Conradum II.*

Labefactataam rempublicam Henricus I. quidem restituerat, cuius imperium tamen magis potentia armorumque metu et Regis virtute, quam certa regundae ciuitatis regula constitut. Posteritati eius haec data fuit felicitas atque prudentia, vt rem veterem atque neglectam, in rem ciuitatis verterent, exemploque Caroli M. fidem clientelarem et restaurarent et regimi- ni ciuitatis inferrent. Itaque historiam breui persequar.

a) *de feudis maioribus.*

Otto I. noui imperii per clientelas adstricti praecepuus exstitit auctor. Cum enim sub- fectionem ciuilem Ducum, Comitum, Princi- pum ac Dynastarum ancipitem et dubiam ne- que obsequio ad ciuitatem, vti par est, regen- dam, accommodatam intellexisset; fidem val- falliticam sanctius custodiendam statuit, regu- lamque moribus iam stabilitam recepit, vt om- nes magistratus, tam ciuiles, quam sacri a Re- ge inuestiti, fidem promitterent clientelarem fer-

seruitisque a Rege euocati ipsi imperioque
praefecti essent¹⁾). Noua non fuit haec regnandi
ratio, sed ex pristino Francorum more in-
vsum reuocata, atque subiectioni ciuili ad con-
tinendos in primis magistratus maiores adiecta.
Itaque omnis potestas Ducum et Comitum ex
sola Imperatoris ordinatione et gratia repetebat-
tur, ita ut fide fracta ipsum munus cum bene-
ficiis committeretur, quod, nisi impetrata Cae-
saris gratia, ad liberam Augusti collationem
redibat. Munera, beneficia et allodia Principi-
pum iam quidem arctius iungi cooperunt, nec
tamen in unum coaluerent munus territori-
umque²⁾ sed allodii et muneras, mortuo vas-
fallo, fieri debebat separatio, ut allodium cum
iuribus ac pertinentiis ad heredes pertineret,
vexillum autem seu hasta, symbolum inuestiturae,
cum munere beneficiisque Caesari redderetur.
Etenim successionis in territorio feudo-
ne nulla his temporibus apparent vestigia³⁾, licet
mos iam inoleuerit, ut ne facile filii munus pa-
tris ambientes, modo muneri pares nec suo aut
patris facinore indigni, repulsam ferrent⁴⁾.
Itaque cernitur quidem continuatio muneras a
patre ad filium, atque filii adeo patri succedere
dicuntur, sed ex sola Principis gratia, quae pro
iure hereditario, quale in patrimonio obtinuit,
censeri non debet. Quare vassallorum inaugura-
ratio pro noua inuestitura semper existimanda
est, atque inde, iure hereditario constituto re-
ceptoque, renouatio inuestiturae repetenda,
quae

quae

quae a priore, iure et titulo, omnino dif-
fert.

β) De beneficiis militaribus.

Beneficia inde ab Ottone I. A. valde aucta fue-
runt. Expeditiones enim in Italiam, quae
nunc post regni Longobardici et imperii Roma-
ni cum Germania coniunctionem frequen-
tabantur, cohortes militum exigebant, eratque
inter ipsos Principes aemulatio aliqua, quam
plurimos habere vassallos. Itaque et Impera-
tores et vtriusque ordinis proceres copiam mi-
litum sibi comparare studebant, neque deerat
in tanta fundorum latitudine terrisque per
victoriam partis militarum materia. Proprie-
tas penes imperium, fructus penes militem esse
credebatur, sed magistratui, in cuius iuri-
dictione degebant vassalli, delegata erat pote-
stas inspiciendi in milites ac beneficia, eosque
sub signo suo, indicta expeditione, educendi.
Beneficiis militibusque comparandis quam ma-
xime intenti etiam erant Principes Germaniae.
Milite enim opus erat tam ad se et sua tuendum,
quam ad seruitia Augusto imperioque praestan-
da⁵⁾. Materiam igitur beneficiorum vndeque
conquirebant, ut hoc studium militiae inter-
dum rei publicae atque ecclesiae noceret⁶⁾. Hi
omnes vassalli pro domesticis habebantur, pro-
prietas beneficiorum penes seniorem et terri-
torium erat, morte vassallorum etiam usus
fructus ac possessio redibant ad dominum, nisi

B

quod

quod filius militiae idoneus et seruitia rite offens
raro a beneficio patris repelleretur¹⁾.
Principum enim intererat habere vassallos, alio-
quin seniorem de beneficiis ad proprietatem re-
versis pro lubitu disposuisse cognouimus.

1) Exemplis iam allatis pauca addam. HENRICVS II. ad so-
lrium regni euectus secundum DITHMARVM p. 376.
militi suomet genero que Henrico cum omnium laude
praesentium cunique HASTA SIGNIFERA DVCATVM
reddit; idem auctor de Boleslao Poloniae Duce p. 397.
memoriae prodidit: *in die sancto manibus applicatis
miles (Henrici II.) efficitur et post sacramenta Regis ad
ecclesiam ornato incidentis armiger habetur.* ADEL-
BOLDVS in vita Henrici S. § XI. p. 433. Rex, inquit,
non multis diebus in Francia moratus in Thuringiam
venit, ibi absque mora Guilielmus Princeps Thuringo-
rum cum caeteris occurrentis Regis efficitur miles.
DITHMARVS Lib. V. p. 369. Gerhardus, inquit, Co-
mes Alsatiae accepto a Rege quodam comitatu praefati
Ducis, cum domum redire, iuxta unam urbium castra
metatus est. A quo urbani pacem vix unam noctem
impetrantes egressi sunt dolose, quasi ad colloquium, sed
reuera ad explorandum. E quibus unus calliditate ae-
que et velocitate persaepe probatus, proprius accessit,
SIGNIFERAMQUE LANCEAM, qua beneficium Ducis
comes idem accepérat a Rege, coram tentorio eius af-
fixam eleuando circumspexit ad ultimunque cum ea ur-
bem securus cunctis in cassum pene sequentibus intravit.
Hi loci clarissime nos symbolum inuestiturae edocent,
quo argumento vassalus si munere et territorio esse
inuestitus, secundum DITMARVM p. 369. demonstra-
bat, quamvis inaugratio in conteſſu plurimum vassallo-
rum facta ignorari non poterat. Duos adeo Ducatus
eidem collatos cognouimus. Ottonis I. filius, Ludol-
phus, secundum HERMANVM Contractum ad an. 978
ducatura Sueniae et Bavariae simul administravit, ideo-
que vtriusque titulum prae se fert apud MABILLO-
NIVM de re dipl. p. 375. et HVNDIVM T. III. Mo-
trap. Salisb. p. 273. DITHMARVS Lib. IV. p. 354. lau-
dat

dat Ansfridum, quindecim comitatuum comitem strenuum. Itaque intelligitur, quam vere apud WITTICKINDVM Lib. III. Annal. p. 661 OTTO I. I. A. scriperit: *Hermannus et Theodorico Ducibus, caeterisque publicae rei nostrae PRAFFECTIS.* Hos praefectos interdum amplius exercuisse potestatem nos docet DITMARVS p. 207. *Guitielmus Comes, inquiens, miles est Regis in nomine, et dominus terrae in re.*

- 2) DITMARVS p. 380, ait: *Comitatum super Mersburg et beneficium ad hunc pertinens Burchardo, et super quatuor urbes iuxta Mildam fluuium positas Thiedberno beneficium concessit.* Ex quo loco intelligimus munera cum certis beneficiis iuncta fuisse, quam late interdum patuerint, sola illa de Guelfis, Ethicone eiusque filio Henrico, narratio in CHR. WEINGARTENSI apud LEIBNITIVM T. I. S. S. Rer. Brunsv. p. 782. docet. HENRICVS II. anno MVIII. apud SCHANNATVM Prob. Hist. Wormat. num 44 p. 371. ecclesiae donat: *quidquid Beccelinus Comes in beneficium nostrum ex parte haeretus habuit et tenuit.*
- 3) Praeter alia argumenta, quae ex vniuersa historia intelliguntur, hoc memorabo, quod Imperatores de beneficiis vassallorum libere disponuerint. Exempla dabit PFEFFINGERVS Lib. I. Tit. XV. p. 146. Pauca addam, GERKENIVS T. III. Cod. Dipl. Brand. p. 41. Ottonis I. chartam afferit, qua decimam censum a Slavis solendum ecclesiae Magdeburgensi donat: *fue iuri nostro adspiciat fue alicui fidelium nostrorum beneficiarium existat.* cf. IDEM T. VI. p. 383. atque ERATH. Cod. Dipl. Quedl. num. VII. p. 5. num. XXII. p. 18. DIPLOMATE anni MXI. apud SCHATENIVM Annal. Paderborn. T. I. p. 394. comitatum, quem Hehold Comes, dum vixit, tenuit, ecclesiae donavit Princeps. Aliud exemplum anni MXII. p. 403. et an. MXXI. p. 444. occurrit. At enim memorabiles sunt TABVLAE HENRICI II. A. an. 1023. ab HONTHEMIO Hist. Treu. Dipl. p. 358. editae, quibus Imperator ab Abbatte S. Maximini 6656. mansos in beneficium accepit et: *fidelibus, inquit, nostris Ezzoni Palatino Comiti et Henrico Duci nec non Ottoni Comiti ea conditione beneficia-
vimus,*

vimus, ut quia praefatus Abbas iam senio confectus
commode nobis domi militiaeque seruire non poterat,
ipsi et heredes, qui haec beneficia habent, pro eodem
Abbate suisque successoribus curiam regalem petant et
in expeditionem eant, Abbas vero siveque successores a
curia regia et ab omni expeditione omnino sint liberi. —
Constituimus praeterea hoc et hac nostra imperiali au-
toritate firmamus, ut si quis fortasse illorum aut filii
filiorum suorum, quibus bona et possessiones S. Maximini
beneficiari vellit, sine herede fuerit defunctus, benefi-
cium vel quidquid ab eodem loco haberet viuis, sub ius
et dominium praefatorum Sanctorum et Abbatis ac fra-
trum ipsius monasterii redeat. Itaque Imperator tan-
tam praediorum vim Abbatii abstulit, sed quo iure?
quia vti HENRICVS III. tabulis anni 1051. apud HONT-
HEMIVM T. I. num. 248. p. 389. ait: ad expeditionem
sive ad regale seruitum pertinebant, cui Abbas proper
senectutem impar erat. Quare id quod abstulerat in bene-
ficium dedit cum iure adeo succedendi, ad subolem ta-
men masculam restricto, tandem Abbatiae in his benefi-
ciis, quasi in suis redditum concessit.

4) MONACHVS ERVNNVILLERENSIS in chronicis lib. I.
cap. 2. apud VRSTISIVM T. I. S. S Rer. Germ. p. 128.
memoriae prodidit: navi sunt ei filii tres Hermannus,
Otto, Ludolphus. — Ludolphus maior natu, quod ani-
mo erat acerrimus et corpore robustissimus militarique
prosorsus virtute apertissimus, praeferre parentum glorias at-
que diutinas Comitatum seu Praefeturam adeptus est,
ut ingruente bellicosi discriminis articulo Coloriensis
Archiepiscopi legionis signifer esset. Hic filium Ottonis
de Sudueno nomine Mathildem in coniugem accipiens,
alios arque per omnia sibi simillimos ex ea generavit
filios, Henricum videlicet et Cunonem, quorum alter
suum post mortem eius comitatum, alter vero Bauarine
meruit ducatum. Quam importuna autem filiorum in-
terdum fuerit petitio, exemplum doceat, quod ANNA-
LES Fuldenses ad annum 894. referunt: Igitur cum
duo fratres Wilhelmus et Engelschalcus terminum regni
Baiowiariorum in oriente a Rege, id erit seniore Ludo-
vico concessum contra Moravones tennerunt, multaque
pro patria tuenda conflictando sudasse feruntur, tandem
diens

diem ultimum huius aeris in eadem voluntate finiuerere permanentes. Cum vero non esset honor illorum filii reditus, Arbo in comitatum domino Rege concedente successit, quod praedictorum virorum parvuli illorumque propinqui in contrarium accipientes et vertentes dixerunt: alterutrum fieri et Arbonem Comitem si non recederet de comitatu parentum suorum, et se ipsos ante faciem gladii morituros. REGINONIS supplemento ad annum 949. p. 440. refertur: Vdo Comes obiit, qui permissu Regis quidquid beneficii aut praefecturarum habuit, quasi hereditatem inter filios diuisit. cf. TR. MEVS: Bestimmung der Kaiserlichen Machtvolkommenheit in der teutschen Reichsregierung — III. Tb. 2. Abs. §. 91.

- 5) AVCTOR vitae Meinwerci ad annum MX. apud LEIBNITIVM T. I. S. S. rer. Brunsv. p. 503. ait: postea Episcopus eum (nobilem quendam Liudolphum) ad militiam fuscipiens XXX. aratra in praediō pago in beneficium dedit ea ratione, ut in expeditionem quatuor scuta transmitteret et si a servitio se unquam alienaret, XXX. aratra redderet.
- 6) Egbertus, Treuirenensis Episcopus, iam anno 981. conquerens est apud HONTAEMIVM T. I. p. 245. maximam bonorum ecclesiasticorum partem inter vassallos suis distributam. Itaque placuit saepe cautela, ut ne prædia in beneficium darentur. Episcopus Meinwercus comitatum acceperat ab Henrico Sancto, eamque in rem AVCTOR vitae eius apud LEIBNITIVM T. I. p. 550. obseruauit: Comitatum in Immedishuson — obtinuit — ea ratione, ut nec ipse Meinwercus Episcopus nec aliquis successorum suorum ullam potestatem haberet aliqui suo militi vel extraneo eundem comitatum in beneficium dandi, sed ministerialis ipsius ecclesiae, qui pro tempore fuerit, praefit praediō coniaturus ac de eius utilitatibus prouideat. Antiquiora exempla talium prohibitionum paucim exstant, vt puta OTTONIS I. an. 940. in Actis Acad. Palar. T. III. p. 940. Quam solliciti autem fuerint Princes, vt sibi materiam beneficiorum compararent, I. VITERANDVS apud REVERVM S. S. Rev. Germ. p. 137. docet: Comes quidam, inquit,

tunc praedives cum eo (Ottone M.) erat, cuius multitudine militum Regis aciem condecorabat. Hic itaque videns quam plurimos ex Regis acie desertores ac transfugas fieri, non interiorem sed exteriorem confederans hominem, tacitus haec secum voluere coepit: quidquid a Rege in hac turbatione constituto petiero, sine dubio impetrabo, praesertim cum et acre nobis bellum immineat ac se ne deservam timeat. Nunciis itaque directis Regi, supplicat, ut Abbatiam quandam Lauresbaim dictam, praedies ditissimam sibi concedat, cuius possessionibus, quod sibi decerat, militibus suis ministrare praeualeat.

- ?) Archiepiscopus Treuirensis apud BROWERVUM Annal.
Treu. ad annum 981. praedia beneficiaria cuidam donauit, quia vasallus sine liberis deceperat. AVCTOR
vitae Meinwerci p. 536. Rotharius, inquit, venerabilis Episcopus, quemdam mansum cuidam viro nomine Iifica dederat, quem quādiū vixit in quiesca mansione et legitima possessione tenuit, fīliusque eius Eclinus nomine post eum quāsi hereditarium accepit. cf. diploma an. 985. apud MIRAEVM Cod. Piar. Donat. cap. 42.

§. 3.

De ministerialibus Regum atque Principum in Germania.

α) in uniuersum.

In historia feudorum omitti nec possunt nec debent ministeriales. Si generali significatione acceperis vocem, ministerialis est, qui fidem et seruitia sua alteri pro stipendio addixit. Nihil igitur refert, qualia sint seruitia, ut milites adeo, hac significatione comprehendantur^{1).} Evidem hoc loco intelligo eos, qui fidem et operas pro beneficio aliquo Regi vel Principi extra

extra militiam spoponderunt. Qui enim ad militiam solam lecti erant, bello duntaxat beneficia mereri solebant, quamvis ad seruitia alia, quae ipsorum muneri contueniebant, euocari poterant. In ministerialibus autem natura officii in eo cernebatur, ut beneficia sua in aula et comitatu Principis mererent, ideoque Principi et domino suo praesto essent in palatio, eundem etiam in itinere atque expeditione belli- ca comitarentur, nec a latere eius, quantum fieri poterat, recederent^{2).}

Duplex olim fuit ministerialium genus, unum Imperatoris ac regni, alterum Principum ac territoriorum. Quilibet diuitiis pollens sibi ministros legere et olim potuit et adhuc potest, hoc autem loco de ministerialibus quaeritur, qui certum ordinem statumque in ciuitate habent et determinatis iuribus in principatu, cuius rectori inseruiunt, fruuntur. Tales legere iure muneris territoriique comprehendebatur, ideoque haec potestas Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Landgrauis, Burggrauis, Dynastisque, qui et territorium regebant et Regi vel Imperatori proxime suberant, more majorum concessa, nec Episcopis, Archiepiscopis, Abbatibus, Praelatisque, modo et hi terris praediisque instructi proxime imperio subessent, denegata fuit^{3).} Quod si igitur Abbatia quaedam territorium sibi adquisuerat, ab Imperatore ius ministerialium impetrare poterat, e contrario

pauperes hac sola de caufa, quod ministeriali-
bus alendis impares erant, alienae potestati
subiectas fuiffe cognouimus⁴⁾. Ministeriales Im-
peratori et Principi suo seruitia praestabant, obli-
gatio tamen ex re et munere proficisci atque
ipſi regno et principati debita esse credebatur.
Quamobrem iuris publici participes erant, at-
que ius ministerialium ad formulam regni et ter-
ritori⁹ publicam spectabat.

β) De ministerialibus regni Germanici.

Eos regni Germanici ministeriales fuiffe pu-
to, qui Imperatori tanquam Regi Germaniae
operas suas domi militiaeque pro stipendio be-
neficioque addixerant⁵⁾. In explicanda defi-
nitione non morabor, sed hos ipſos, quos mi-
nisteriales vocamus, primum ab Archiprinci-
pibus discerni oportet, quo genere Palatinos
Principes, sed non ministeriales comprehendendi
constat, licet in coronando Rege ministerium
ipſis tribuatur⁶⁾. Tres classes ministerialium Im-
peratoi inseruentium constituendas duco, qua-
rum prima eos comprehendo, qui vices Archi-
principum in solemani curia subeunt, atque Regem,
quocunque se conuertat, sequuntur; ad alteram
pertinent ii, qui in determinato loco, vrbe pa-
latioue, constituti apparent, ministerium Regi
in hoc loco moranti praefituri⁷⁾; tertia autem
ii continentur, qui in villis et allodiis Regis at-
que castris officia administrant⁸⁾. Duae priores in
sen-

sensu proprio fuerunt regni atque Regis ministeriales, postrema autem solius Regis erat, cuius heredes cum villis allodiisque sequebantur, quamquam omnes promiscue Regis ministeriales non minarentur. Itaque nemini mirum videbitur, tot imperii ministeriales vbiique locorum inueniri, si meminerit Imperatores modo in palatiis et urbibus regni, modo in villis suis resedisse, atque ministerium quotidianum, ab eo, quod in solemani curia cernebatur, distingui oportere.

A ministerialibus fecernendos puto milites Regis et regni. Hi quidem dupliceiter accipiebantur, in sensu lato enim omnes ii militum verbo significabantur, quos exerto bello castra sequi oportebat, ut Principes etiam iisdem comprehendenderentur, propria significatione autem vassalli Imperatoris, quos domi militiaeque tanquam corporis custodes alere et secum habere solebat⁹). Motis contra hostem aut in Italiam castris, praeter Principes cum suis et imperii vassallis, hi omnes euocabantur milites, ut Regem sub signo suo comitarentur. Ministeriales itidem a latere Augusti haerebant atque militabant, generali militum appellatione comprehensi¹⁰) sed bello decreto instar vassallorum ex omni regno fuisse euocatos, certo teste nondum didici.

Qualis olim ministerialium in regno Germaniae fuerit dignatio, quaesitum et in utram-

que partem disputatum fuit. Iudex equidem huius controuersiae sedere nolo, mihi autem primum inter ingenuos gradum, et proximum post nobiles in republica Germanica tenuisse, ideoque liberi fuisse videntur. Constat enim antiquis et mediis aëni temporibus, iis solis nobilitatem tribui, qui aut e Dynastiarum genere natales duxerant, aut magistratum cum potestate et regimine in re publica sacra ac ciuili gerebant¹¹). Itaque ministerium nudum, quale erat vassallorum et ministerialium, nobilitatem impertiri non poterat, sed aut nobilitati aut ingenuitati addebat, saluis caeteroquin natalium iuribus¹²). Primum autem post nobilitatem gradum tenuisse inde mihi intelligere videor, quia primum post nobiles in tabulis publicis locum occupant. Quanquam enim ordinibus imperii annumeratos atque persona standi in comitiis exornatos non dixerim, in curiis tamen solemnibus, quibus ministerii ergo aderant, cum Principibus forte congregatis atque Imperatore consultasse de rebus ad singulorum caussas patrimoniumue pertinentibus, negari nequit; ideoque et consilium et testimonium in actibus publicis praebuisse¹³). Facile igitur erit expedire quaestionem, liberaene fuerint, an seruulis conditionis. Inter nobiles et seruulis conditionis homines, quibus et serui et liberti continebantur, ordo intermedius erat ingenuorum. Ex hoc plerique regni ministeriales, quosdam enim nobiles adeo fuisse constat,

stat, in officium imperii lecti fuerunt, nexus ministeriale, salvo natalium iure, suscepturi; natalibus enim nunquam offecit ministerium¹⁴⁾, atque inde intelligitur, ministeriales regni et nobiles et ingenuos natuitate, liberos autem muneris conditione ac supra reliquos adeo ingenuos elatos fuisse¹⁵⁾. Hoc equidem de prima et secunda classe ministerialium imperii certissime affirmauerim, sed erant alii in castris regni atque in patrimonii Regum constituti, quos equidem adstrictioris conditionis fuisse puto, quippe cum castris praediisque alienari poterant, quamuis, in ipso ministerio, quod Regi dicatum erat, prioribus dignatione haud cessisse videantur.

y) *De ministerialibus Principum in Germania.*

Principes vtriusque ordinis aulam ministerialibus splendidiorem reddere pompamque Caesaris imitari amabant. Ipsum institutum ab antiquissimis temporibus manauit, sedulo tamen, vt ne misceantur tempora, caendum est. Stirpe enim Regum Francorum regnante ex infimae fortis hominibus legi solebant ministeriales, erantque aut serui his ministeriis destinati, reliquis tamen ea de causa antelati, aut liberi homines in casam ministerii ergo recepti. Hi, retento liberorum hominum statu, seruorum instar dominis mancipabantur, ideoque haud multum supra seruos erant¹⁶⁾. At enim alia plane

plane ratio est ministeriorum conditio per me-
dium aeuum. Principes enim vtriusque ordi-
nis terris, redditibus et dignitatibus audi et su-
per sortem priuatorum elati, ministros sibi le-
gere ex ingenuis, nobilibusque ¹⁷⁾). Quare
huius temporis ministeriales cum pristinis nec
possunt nec debent comparari, nisi quod in
pauperioribus dynastis, Abbatibusque parum
splendoris habuerint, parum ultra seruos elati ¹⁸⁾). Hi quidem paulatim desiere, certe
nullius momenti facti sunt, illi autem cum
Principum dignatione euecti, vim in ipsas
prouincias earumque formulam habuerunt.

Ministeriales Principum dico, qui pro sti-
pendio beneficioque operas officiumque, ei
qui territorio praerat, addixerant ¹⁹⁾). In mu-
nere obeundo a ministerialibus imperii non
differebant, domi enim in palatio et curia
operas praestabant, dominumque suum ad cu-
riam Imperatoris inque militiam proficisci-
tem comitabantur, ornamentum pacis, belli-
que auxilium ²⁰⁾). Duae autem classes paula-
tim distingui coeperunt, vna continentur Mar-
schalcus, Pincerna, Dapifer, Camerarius, qui-
bus in Abbatii et Episcopatibus interdum ac-
cessit Aduocatus, quorum ministeria, principa-
lia dicuntur, ad alteram contra reliqui promiscuis
operis addicti, relati fuerunt. In his alios
aliis honestiores fuisse, vt quidam adeo parum
a dignatione principalium abescent, ex moni-
men-

mentis constat, meum tamen esse, omnes ordines recensere, non puto. Etenim iura eorum non legibus, sed pactis ac moribus constabant²¹⁾ vniuersim tamen receptum erat, vt ministeriales eorumque proles seruitiis tene-rentur neque cuiquam, nisi domino indulgen-te, operas militiamque addicerent²²⁾. E con-trario ius fuit, vt dominus ministerium cum stipendio beneficione liberis praefstaret, aut suae libertati arbitrioue restitueret. Caeterum domini erat distribuere ministeria, si maiorem natu, qui fere muneris paterni successor putabatur, excepferis²³⁾. Deinde moribus recep-tum fuit, vt nuptiis inter diuersorum dominorum ministeriales contractis, suboles inter vtrumque dominum diuidereetur²⁴⁾, tandem, vt singuli adeo alienarentur, id est, consensu domini in aliorum ministerium transirent²⁵⁾.

Ab his discerni debent milites, quorum erat, pro vſu et fructu beneficiorum caſtra ex-peditionemque cum domino suo ſequi. Hos promiscuis seruitiis adhibere non licuit, potius vulgares ministros muneris dignitate anteibant, atque generatim iure feudi et vassallorum gau-debant. Mos quidem tulit, vt etiam minifte-riales, ingruente hofte aut domino in expedi-tionem Italica[m] proficidente, arma caperent, militum opera functuri²⁶⁾, nec tamen pro mi-litibus, quos quotidie cum armis et telis para-toſ esse oportebat, existimarentur. Iure anti-quo

quo in arbitrio fere dominorum positum erat, quem curiae, quem militiae destinare volebant, ideoque omnes olim ministeriales dicti, paulatim autem, praesertim feudorum successione recepta, milites antecellere cooperunt, donec ministeriales, iure feudorum consecuto, militibus iterum exaequati fuerunt²⁷⁾. His omnibus autem semper eminuerunt principales isti ministri, praesertim in aulis Principum ecclesiasticorum. Hi enim in consilio dominorum suorum constituti, regiminis participes erant, aderant Principi ad curiam Imperatoris aut in expeditionem proficiscenti, operam pace ac bello, consiliis et armis, praefastare parati²⁸⁾. Modus et ordo praefandorum seruitiorum pactis conuentis legibusque propriis definiri solebat, generatim tamen dici potest, principes illos ministros totam Principis sui rexisse familiam, ideoque alternis temporibus in aula domini sui moratos fuisse, nisi quod in solemnis curia omnes adesse oportuerit²⁹⁾. Idem exorto bello sub signo Principis milites eduxerunt, ut pace belloque praeesse viderentur.

δ) *De dignatione horum ministerialium.*

Qualem Principum ministeriales in republica Germanica dignationem habuerint, in quo honoris gradu constituti fuerint, omnino quaeripotest. Suntemus qui seruulis originis atque conditionis omnino fuisse statuunt, idque multis argumentis

mentis euincere student, aliis contra nitentibus et
natales et statum eorum in libertatem vindicanti-
bus ³⁰). Mihi quidem vtriusque scholae opi-
nionem rationesque penitanti, vilioris generis
ministeriales, quorum operaे agris, filiis hor-
tisque colendis, rebus frugibusque collatis custo-
diendis aliisque laboribus destinati erant, ab iis,
qui in ipsa curia militabant, distinguendi viden-
tur. Illorum equidem genus et statum in medio
relinquo, quippe omnino certe antiquis temporis
bus, aut serui aut non multum ultra seruos fue-
runt, hos contra eiusdem cum ministerialibus
regni dignationis et ordinis fuisse existimo. Iu-
re enim muneris ab Imperatore collati ordina-
bantur, eaque de cauſa omnes paris dignatio-
nis erant ³¹). Ministeriis Dynastarum atque
Abbatum eandem dignitatem vix ausim vindicare,
nisi priuilegio Imperatoris ordinem et statum
ministerialium regni acceperint. Hanc
enim vim his priuilegiis inesse puto ³²). Nullus
igitur dubio Principum ministeriales, nobi-
les ingenuosque natalibus, ordine et statu libe-
ros fuisse. Quae enim argumenta opinionis
contrariae adferuntur, aut ad eos pertinent,
quos vulgus ministerialium diximus, aut vim
probandi non habent. Primum enim argu-
mentorum genus, quod ex verbis petitur, pror-
sus explodendum duco. Verba enim; seruire,
seruum seruientemue esse, honesta significatio-
ne apud Germanos accipiuntur munerisque ob-
ligationem continent, quemadmodum in an-
tiquis

tiquis legibus, Gasindium Regis, summos in aula ministros adeo significat. Itaque haec argumenta verborum calumnias dixerim. Deinde argumentantur ex rebus factis, utputa ex obligatione natalium, ex partitione subolis, ex alienatione. At vero et has rationes, si rem ex institutis et moribus medii aevi aestimaueris, diluere haud difficile est. Qui ius quae situm in rem munusque patris natalium iure postulabant, ad hoc ipsum nati et natuitate obligati dicebantur, quod non seruitutem, sed praerogativam aut in obtinendo aut in ambiendo munere continebat; neque enim domino licuit promiscuis seruitiis prolem ministerialium destinare, sed aut militia honesta cum beneficio stipendioque danda, aut facultas aliubi muneris beneficiique ambiendi concedenda erat. Quod de liberorum partitione iactatur, eandem vim habet. Dominis enim licuit stipendio beneficiorum oblatu postulare, ut liberi parente ministeriali nati, patriae curiaeque prae aliis se dicarent, quemadmodum id hodieque in muneribus hereditariis obtinet. Quare seruilem conditionem inde colligere nefas duco, quemadmodum nemo dixerit seruos, eorum territoriorum subditos, qui lege publica militiae sagatae aut togatae nomen dare obligantur, emigrare aut operam aliis addicere prohibiti. Tandem adeo nego, argumentum seruulis conditionis inesse alienationibus. Permutari enim cognouimus, sed pro pecunia vendi relatum non

non fuit. Hoc foret omnino effectus seruitutis, sed permutationis aliae sunt rationes. Principi enim incumbebat militiam cum stipendio beneficio praestare ministerialium liberis, quod si igitur munus aptum non vacabat, vicinum aut amicum rogabat, ut stipendum ministerium iuueni in aula sua concederet, idque vicissim speraret. Itaque tantum abest, ut inde seruitus arguatur, ut potius obligatio Principis munus stipendumque procurandi aut certe amor erga subolem defuncti ministri inde intelligatur. Atque hunc in modum etiam reliqua argumenta seruulis conditionis alium capiunt sensum, si rem recte existimaueris³³⁾.

Haec in vniuersum de ministerialibus dixisse sufficiat. Quanquam enim hoc aeuo, cuius historiam narramus, origines solae spectandae fuissent, malui tamen totum hoc institutum vno contextu breui illustrare, ut ne eadem res saepius tractanda rediret.

1) cf. DV FRESNIUS in *Gloss. v. Ministerialis*; ADELVNGIUS in *Glossar. manuali ad scriptores mediae et infinitae latinitatis v. Ministeriales dominici*; TREVERVS in *tr. Untersuchung des Ursprungs und der Bedeutung des Märzenmannes apud ZEPERNICK V. ILL. in Miscell. Iur. Feud. T. I. p. 408.*

2) HENRICVS IV. *charta anni MLXXIII. apud MEICHELBECIVM Hist. Frif. T. I. p. 264.* munus ita ex-primit: offeruntur viri militares, qui dicuntur ministeriales, cum praediis et possessionibus suis, quos domi forsique custodes lateris habebat, quibus etiam iura statuit,

tuit, ut monasterii gloriam teneant et Abbaribus libere ac regulariter substituendis honesto loco, gradu et ordine deserviant. In tabulis an. 1035. apud KREMERVM Hist. Gener. domus Nassauicar. cod. dipl. num. 74. p. 112. Imperator ait: Si vero Abbas quempiam prae scriptorum (hominum) in suo obsequio babere voluerit faciens eum dapiferum aut pincernam seu militem suum seu aliquod beneficium illi praefiterit. add. CONSTI TUVTIO de exped. Rom. T. I. Hor. Comment. p. 323.

- 3) Ius habendi ministeriales eundem in modum, vti ius habendorum vassalorum comparatum fuit. Dynastis, Abbatibus, Abbatisisque atque aliis etiam Praelatis competitiss, sexcenta exempla demonstrant, idque confirmat IVS PROV. ALEM. cap. 54. no. iii. in KOENIGII Corp. Iur. Germ. T. II. p. 71. AVCTOR Iuris Caesarei P. III. cap. 6. ap. EVNDEM T. I. p. 96 potestatem ordinandi ministeriales soli Imperatori vindicare videtur, sed locus valde obscurus est miscenturque tempora, verus autem sensus, iure muneris ab Imperatore collati creari ministeriales, quod quanquam verum est, fallit tam haec regula in Dynastis, qui iure territorii sibi constituerunt ministeriales. Multis tabulis id confirmare possem, sed sufficiant litterae FRIDERICI II. A. Ottoni Fvero post patrionum oblationem T. IV. Origg. Guelf. p. 49. datae, quibus Imperator ait: Cacterunt ministeriales sios in ministeriales imperii assumentes, eidem concessimus, eosdem ministeriales iuribus illis uts, quibus imperii ministeriales vnuuntur. Eundem in modum Abbates, Praelatosque iure territorii sibi ministeriales legiſe persuasus sum.
- 4) AVCTOR vitae Meinwerci apud LEIBNITIVM T. L S. S. Rer. Brunſa. p. 543. ibidem, inquit, ab heredibus Eckhardi Comitis de Abbatis Helmwardesbusim quere la habita et diu multumque inter Principes ventilata, tandem regno est adiudicata. Et quia nec in facultatis, nec ministerialibus, regno Jérulio esse potuit, interuenit et consilii Episcoporum et Principum praedicatorum Episcopo Meinwerco — regenda et possidenda est collata. TABVLIS anni 1147. in Cad. Laurisheim. Abbatiae dipl. num. 150. CONRADVS A. scrutii regii loco tribus villis in ius et dominium imperii recepis ait:

ait: exceptis his, quae de praediis villis homines seu ministeriales Laurishamenis ecclesiae ture beneficiali ex antiquo possident, ne forte dignitas regalis Albatiae militari clypeo, qui vulgo dicitur Heerschild, substractio diminuatur.

- 5) OETTERVS de ministerialibus imperii Frf. 1766. lingua vernacula ex tabulis ac monumentis medii aevi discr. add. REPGOVII Ius Prou. lib. III. c. 19.
- 6) VITICHINDVS Annal. libr. II. et IV. apud MEIBOM. T. I. S. S. rer. Germ. p. 643. Duces ministeriale ait.
- 7) CAROLVS M. Capitul. de villis §. 4. iam constituit: et stabula atque coquinae et pistrina seu torcularia studijs præparata fiant, quatenus ibidem condigne MINISTERIALES NOSTRI officia eorum bene uirtute per agere possint. Itaque iam Carolus A. proprios in vil lis ministeriales habuisse videtur. HENRICVS WOL- THERVS in Chronico Bremensi p. 39. posse, inquit, coepit Henricus Imperator ciuitatem confiriere Gosla viensem ex parvo molendino et domo venationis suae, et confirmauit illuc Comitem de Wernigerode in pescato rem suum in partibus Saxonie, Comitem de Spiegelberg in venatorem et fecit ibidem caetera officia. Comes de Anbold factus est venator auium in filiis et competitis pro coquina Regis. — Comes Ambriae et Rustriae fa- ctor pontis regalis et magister structurae et carpentaria. In castris etiam imperii resedile ministeriales ex charta FRIDERICI II. A. apud BECKMANNVM Hist. Anhalt. P. III. lib. IV. cap. II. p. 437. intelligimus.
- 8) OETTERVS c. I. p. 58. seqq. de his quidem dixit, sed eiusdem atque reliquos fuisse ordinis putat, in quo me consentientem non habet. Nomine erant imperiales, sed non re.
- 9) ABVAS URSPERGENSIS, regnante Ottone IV. ait: cum Otto venisset Augustam — multique Principes et mili- tes conuenissent ad curiam, præcepit Imperator Marcal- eo de Collindin et militibus suis, quatenus malefacto- res inuestigarent et sibi eos exhiberent in iudicto. Hoc loco

36 LIB. I. HISTORIA INSTITVTORVM FEVDALIVM.

loco milites Imperatoris intelligi manifestum est, ministeriali igitur demandatur, vt cum militibus inuestiget facinorosos.

10) OETTER c. l. p. 71. seqq.

11) EVGENIUS, nomine Abbas monasterii Ebracensis, vir antiquitatum et historiae Germanicae apprime doctus, AVCTOR operis seu quam vocant deductionis. Frage: Ob der Abt Ebrach in Franken das Prädicat: Reichsunmittelbar, rechtmäſig gebütre und ob dieselbe als Herrschaft ihrer Unterthanen die Regel der Reichsfreyheit gegen die Hochfürstl. Würzburgische Ansprüche einer vollkommenen Landeshoheit zu behaupten befugt sey? 1786 fol. editi cap. I. §. 3. p. 3. accuratam obseruationem de iis, qui olim nobiles dicti fuerunt, inseruit. Hanc scenam autem multis tabulis exornauit ESTOR TR. de ministerialibus p. 320. seqq. SCHLEIDIVS in historia diplomatica nobilitatis superioris et inferioris p. 8. lilt. K. et p. 13. §. 4. et qui promiscue plura dabit PFEFFINGERVS Vitr. Illuſtr. T. II. p. 856. seqq.

12) Locus ex chronicō Bremensi not. 7. laudatus iam exempla praeberet, alia dabit matricula ministerialium imperii apud OETTERVM de ministerialibus imperii p. 172. Idem adeo in ministerialibus Principum reperimus, ve- luī charta an. 1113 apud KINDLINGERVVM T. II. der Münslerschen Beyträge app doc. num. XV. p. 94. vbi: Bodo Comes, ministerialis. Plura exempla nobilium ministerialium dabit ESTOR de ministerialibus p. 415. atque BVDERVS diat. de feudis officialium hereditati- oriorum procerum et prouinciarum regni Germanici p. 85. seqq.

13) In tabulis LOTHARII A. an. 1129. apud KOPPIVM de insigni differentia inter S. R. I. comites et nobiles imperii immediatos p. 326. subscriperunt primum Archi- episcopi cum reliquis clericis, deinde Principes laicū, tum nobiles ac liberi, tandem ministeriales regni, quo- rum XXIII. nominatione exprimuntur — et praeterea perplures in curia, ubi hoc actum est, existentes. FRI-ERICVS I. Charta anni 1152. apud LVDEWICIVM T. II.

T. H. Reliqu. Dipl. p. 190. Regem Conradum ex iudicio Principum atque ministerialium statuisse reficit, sequitur igitur, ut cum Principibus curiae imperiali adserint. Plures tabulas excitatuit OETTERVS p. 70.

- 14) Apud LINDENBROGIVM Privil. Hamb. p. 201. Henricus et Otto milites, fratres dicti de Bramstedte, renunciantes nobilitati et libertati sue spontanea voluntate sunt ministeriales ecclesiae Bremensis, facientes corporale iuramentum, sicut Bremensis ecclesiae ministeriales sacre confueuerunt, iurantes se ecclesiae antedictae sicut ministeriales perpetuo seruituros. Enimvero locus, qui seruitutem ministerialium plane demonstrare videtur. At enim haec renunciatio aut ex singulari causa, aut ex proprio ecclesiae Bremensis iure exacta fuit. Secundum regulam iuris patrii ministerium, salvo natalium iure, etiam in Principum curis intelligitur. Nec verus istius loci sensus huic regulae repugnat.
- 15) Nobilitatem antiquam et vere Germanam, quam hodie superiorum vocamus, illis tribui non posse evicit OETTERVS argumentis et tabulis perquam multis, sed p. 156. negat adeo suisse liberos, in quo me consentientem non habet; sed ne tota disputatio in verborum controversiam abeat, monendum duco, triplicem imprimis esse in iure patrio libertatis significationem, primum enim liberi dicuntur nobiles, comprehensis adeo Dynastis, deinde si disinxeris Principes a Dynastis, hi liberi Domini, Barones, sui sensu eminentiore Liberi appellantur, tandem liberi sunt omnes ingenui. Quemadmodum inter nobiles, ita inter ingenuos gradus sunt, atque haec tertia significazione ministeriales imperii liberos dico, nisi aut dynasta aut comes ministerium suscepit. Hos enim nobiles esse et manere nequio facile dubitabit. Neque manumissiones, quarum passim sit mentio, in centrarum allegari possunt. Manumissio enim hic erat, quaelibet dimissio eius, qui manus ministerium administraverat, quo facto pristinum natus ius absque omni restituzione atque dignitate ciuilis redibat. CHRONICON VRSPERGENSE ad ay. 1095. de Henrico VI. retulit: eo tempore (1195). Imperator Marquardum de Anjou, Dapiferum et Ministeriale suum libertate donavit et ducatum Ravennae cum Romania,

mania, Marchiam quoque Anconiae sibi concessit. Hoc unum exemplum satis demonstrat, quid liberratis datio fuerit, Imperator misso ministerio, ministeriale modo, Ducem et Italiam Principem creauit. Addae si placet IUS PROV. SAX. Lib. III. art. 80. Idem adeo in prole obtigit, ut nobilis nobilem, ingenuus ingenuum, seruus seruum procrearet, non obstante nexu ministeriali; quod si autem vir, nobilis aut liber, vxor contra ministerialis erat, ex regula iuris patrii, qua partus conditionem ventris deteriorem sequitur, liberi in nexu ministeriali nascebantur, nisi mulier vxor aut manumisso ne aut codicillis Caesareis libertati generis restituerebatur. Itaque inde seruulis conditio argui nequit. Ius agitur naicalium atque generis in ministerio semper saluum fuit, libertas contra seruendi cuicunque velis immunita, cuius obligationis solutio dici solebat manusmissio.

16) cf. LEX SALICA Tit. XI. cap. 6. Lex Alemanni. Tit. LXVIII. LEX BVRGUNDIONVM Tit. X. § 1. Liberos etiam homines his ministeriis adhibitos fuisse, ex Capitulari CAROLI M. III. an. 811. cap. 4 intelligimus, vbi: *ad casam in nomine ministerialium dimisi dicuntur, quibus verbis et stipendum pro ministerio exhibitum et conditio, cui se ministerii ergo addicere debebant, significatur.* Casam enim acceperunt a domino ministerii ergo, ideoque ipsam seruitutem non suscepere, sed liberi fuerunt, excepta ministerii conditione, si ex statu auctimes. CONRADVS I. A. an. 1035. apud KREMERVM Geneal. Domus Naffou. Cod. Dipl. p. ii. ministerialibus Limburgensis leges scriptis, quibus status et conditio insinorum ministerialium perspicue apparet. Diversitas et latitudinem praediorum auxilie iam olim dignationera ministerialium, natura rei suaderet.

17) ESTOR in Commentariis de Ministerialibus cap. VII. §. 327. atque BVDERVS de feudis officialium hereditariorum §. V. obseruarunt, ministerialium origines, quorum tam frequens in monumentis mediis aevi sit mentio, incidere in aetatem Imperatorum Saxonorum. Exemplis passim iam excitatis pauca addam. OTTONIS III. chartam an. 999. excitauit CANGIVS v. Ministerialis. CHRO*

CHRONICON Stederburgense ad an. 1007. apud LEIBNITIVM T. I. p. 850. de Frederunda, coenobii Stederburgensis fundatrice, memoriae prodidit: *omnes quoque, quos iure hereditatis possederat litones feudales, officiales nostro dominio subinguit et quod ad huius mundi gloriam pertinet, secundum ritum Principum, Dapiferis, Pincernis, Marschalcis, Militibus, Ministerialibus nostram ecclesiam glorioissime decoravit.* Tabulis HENRICI II. an. 1016. apud LÜNINGIVM T. XII. Arch. Imp. p. 647. haec continentur: *Ego Adelhardus Comes -- quoddam monasterium in loco Oberstenfeld vocato constraxi, ad quod partem praediorum meorum et ministeriales meos iure Moguntinorum ministerialium principalium -- tradidi. Vtrunque diploma usum ministerialium frequentem atque iura iam eis data doceat. At enim institutum hoc habendi et legendi ministeriales nouum non dixerim, manauit ab antiquissimis temporibus, sed paulatim auctum atque novo splendore circumfulsum fuit. A renui enim hoc quoque institutum crevit initio, id tamen non impedit, quo minus ministeriales, qui progressu temperis tantopere inclinaruerunt, ab aeuo Imperatorum Saxoniorum repetantur. Nexus enim fidelalem, qui per medium reuum tam late manauit, ab iisdem temporibus repeti debere monuimus.*

- 18) CONRADVS A in fundatione monasterii Limburgensis an. 1035. familiae leges dedit apud KREMERVM c. 1. p. 112. quibus etiam haec: *si vero Abbas quempiam praescriptorum in suo obsequio babere voluerit, faciens eum Dapiferum aut Pincernam seu militem suum seu aliquod beneficium illi praefliterit, quam diu erga Abbatem bene egerit, cum eo sit, cum non, ius quod ante habuit, habeat. Post obitum viri preciosus animal, quod illi fuerit, ad curtem Abbatis pertinebit, post obitum mulieris preciosior vestis. Progressu temporis iura horum ministerialium aucta fuisse, historia docet. Vnum esto exemplum, Adelheidis, Abbatissa Fricconhorstensis tabulis anni 1036. apud KINDLINGERVM T. II. der Münsterischen Beyträge, appendice doc. num. IX. p. 48. ab Erphone, Episcopo Mimigardefordensi petiti, ut ministerialium suorum iura augeret, atque*

40 LIB. I. HISTORIA INSTITVTORVM FEVDALIVM.

Episcopus ait: *et ministris supra memoratis, quia non melius fore ius, quam ii, qui quotidie ad curtem serviunt, habuerant, unde etiam plurimum grauabantur, quale habent, qui ad Episcopatum pertinent — concederem et per omnia illis similes in lege, iure, iustitia facerem.* Atque his precibus annui Erpho Episcopus.

- 19) KINDLINGERV^S T. II. der Münsterischen Beyträge app. doc. num. XIII. p. 68. ex membrana seculi XII. iura ministerialium Colonensium edidit, quae merito in antiquissimis habentur. His igitur illustrationis gratia vtar, et cuiilibet facile erit inde naturam ministerialium cognoscere, licet propria cuiusvis curiae atque territorii iura ex propriis etiam monumentis cognosci debeat.
- 20) COD. IVR. Ministerial. Colon. §. 1. sancitur: *Ministeriales beati Petri Domino suo Archiepiscopo fidelitatem sine aliqua exceptione facient, et eam ei contra omnem hominem ferubunt.*
- 21) CONRADVS A. tabulis an. 1035. apud KREMERVM Hist. Gen. Gentis Nassouicæ Cod. dipl. num. LXXIII. p. 112. ministerialibus monasteri Limburgensis leges dedit, quae conditionem eorum satis declarant. Satis nota est *Iustitia Ministerialium Bambergensium* apud ECCARDVM T. II. Corp. Hist. medii aeti p. 102. PETR. LVDEWIGIVM T. I. SS. rer. Bambergensium p. 289. et p. 121. REPGOVIVS igitur Lib. III. Iur. Prou. art. XXXII. recte indicavit, ministerialium iura tantopere discrepare, ut una regula comprehendi nequeant. *Ius ministeriale Hildesiense* apud ZEPERNICK. T. IV. Mi- scell. Iur. Feud. p. 490. addendum.
- 22) Ius Ministr. Colon. §. 10. ita: *Item singuli et omnes ministeriales ad certa officia curiae nati et deputati sunt.*
- 23) IVS Ministr. Colon. §. 13. hunc modum definit: *Item quicunque ministerialis beati Petri filios habuerit, mortuo patre senior filius obsequium patris recipiet et ius seruandi in curia Archiepiscopi in suo officio, ad quod natus est, obtinebit. Quicunque frater Iuus miles fuerit, nec adeo diues, quin seruiri cum oporteat, ille cum dextrario suo, clypeo et lancea in curiam Archiepiscopi ante porticum beati Petri veniet — et domum Archiepiscopi ascendet ibique coram suo domino stans se mi-*
litem

Item esse et ministerialem beati Petri profitebitur atque fidelitatem et servitum suum domino suo offeret. Et si dominus eum in curiam et familiam suam tunc receperit, ac postmodum ille per annum integrum domino suo liquidabiliter seruierit, dominus pro gratia et beneplacito sui eum in beneficiare tenetur et ille ei in posterum seruire. Si autem dominus eum non curaverit nec in familiam suam receperit, ille flexis genibus cum testimonio alitantum, oram pallii deosculabitur et ad dextrarum suum regredietur et eo ad senso, quocunque voluerit, ear et cucunque voluerit, seruatur. Insigne monimentum, qualis fuerit ministerialium conditio, inspectio natuum ure. Idem constitutum legitur in Iustitia Ministerialium Bambergensium.

- 24) Exempla dabo ESTOR de ministerialibus p. 141. Vnum addam. FISCIERVS in opere: Geschlechtsregister der reichsfändischen Häuser Isenburg, Wied und Runkel — (Manibum 1775, fol.) opp. num. XXXVIII, p. 49, chartam ai. 1249. edidit, qua Archiepiscopus Colonensis ait: ministeriales ad dominium Rospe et Wide pertinentes, quos pro individuo cum suis posteris Henricus Burggravis Coloniensis et Gerardus vir nobilis dominus de Widenberg cum nobili domina Mechtilde quondam Comitissa Sayensi et suis progenitoribus baetenus habuerunt, eosdem illis dimitemus in posterum pleno ure. Et cum baetenus observatum inter praedictos, cuiuscunque ministerialis cum ministeriali alterius contraxerit, proles erit hinc inde communis et individua, quod ius eissem recognoscens nec ipsis in eisdem ministerialibus ariquod impedimentum vel iniuriam de caetero faciemus. AVCTOR Iur. Prou. Alem. cap. 47. edit. Berg. p. 86 hanc consuetudinem inter ministeriales imperii et Principum ecclesiasticorum obtinere testatur. Add. TABVLAE an. 1231. et 1237. apud SCHANNATVM Prib. Client. Ful. num. 555. et 556.
- 25) Dupliciter alienatio contigit, aut cum territorio, castro curiae, quae hoc non pertinet, quippe talis alienatio in subditos atque aeo nobiles cadit, aut sine territorio, ut vel familia integra vel singuli e familia in ministerium alterius transirent. Exemplis parco, obuiis ubique.

- 26) Obligationem proficisciendi cum domino in expeditionem Italiam, CONSTITUTIO de expeditione Romana, P. I. horum commentar. app. num. III. p. 313 extra dolium constituit, eamque egregie illustrat IUS Minist. Col. §. 4 atque §. 2. sancitur: si aliqui hominum terram Colonensem et terminos Episcopatus invadere voluerit, uniuscuius ministeriales beati Petri tam beneficiis, quam non beneficiati ad defendendam terram domino suo Archiepiscopo assilere et usque ad terminos Episcopatus cum armis sequi debent, si autem Archiepiscopus ultra procedere voluerit, nisi eum longius sequi non tenentur, nisi hoc de voluntate sua faciant, aut dominus eorum apud eos hoc promereatur.
- 27) Distinctum fuisse ius feudi atque ius curiae neminem fugit; V. ILL. KINDIVS diff. de beneficiis iure curiae concessis coramque a feudis discriminat. Lips. 1774. accurate dixit. Milites obtinuisse gradum ante ministeriales, docent tabulae perquam multae, veluti apud SCHATENIVM Annal. Paderb. T. I. p. 907 p. 91. aliisque locis.
- 28) Testimonia dabit STRUBENIVS Obs. Iur. et Hist. Germ. cap. II. §. 5. IUS Minist. Col. §. 3. ait: Item si Archiepiscopus alicuius ministerialium suorum quacunquam occasione offensus fuerit, ta quod gratiam suam ei denegat et bonis suis eam excedat, ille ministerialis nobiles terrae et eos praecipue, qui summi officiales curiae vocantur, precibus et obsequio inuitare debet, quantum ipsi apud dominum suum pro recuperanda gratia eius intercedant. Iam tabuis an. 1086 apud KINDELINGERVUM T. II. der Ministerischen Beiträge app. num. IX. Episcopus constituit: habito cum fidelibus meis, tam de clero, quam militibus et ecclesiae ministerialis consilio. Ministros ecclesiae esse ministeriales subscriptio docet. Plura exempla suppeditant diplomata apud SCHATENIVM T. I. p. 929. T. II. p. 8. MEILBECK. T. II. P. I. Hist. Fris. p. 27. p. 43.
- 29) IUS Minist. Col. §. 10.
- 30) Signum huius controveriae exult DE FLOENNIES in diff. de Ministerialibus, Marburgi 1719. Praeside ESTORE habita. Vindicias secundum libertatem ministerialium dedit GLAFEY in comment. hist. de vera quan-

quondam ministerialium indolē 1724. Itaque ipse ESTOR calatum strinxit editis *Commentariis de ministerialibus 1727.* atque plenius, quae Plocanies proposuerat, ex medii aevi monumentis tractauit. Inde duplex schola nata est, quarum sequaces excitare meum non puto, STRUBENIVM tamen, qui in *Decadē Obs. iur. et hist. cap. II. de ministerialium dignitate* dixit, praeterire non possum.

- 31) Duo duntaxat argumenta adseram, unum ex duello primo, quod ministerialis imperii ab ministeriali Principiis provocatus reculare non poterat, IUS Minif. Col. §. 8. competentiam fori adeo in pugna seruari oportere statuit. Alterum ex CHARTA anni 1258. apud HONTHEMIUM T. I. Hist. Treu. dipl. num. 400. p. 525. pero. In hac propter grauitatem negotii plures testes adhibiti hoc ordine recensentur, primum clerici, deinde testes de comitibus et liberis, tandem testes laici de ministerialibus Treuirensis ecclesiae, Fridericus de Marci, Wilhelmus Marthaleus ————— Ministeriales Regis ————— de ministerialibus Wormatiensis ecclesiae. ————— Quanquam enim ex serie subscriptionum non semper argumentum dignitatis civilis singulorum promi potest, in classe tamen hominum mihi fallere non videtur. Nec inferioris ordinis ministeriales Regis dico, quam Archiepiscopi Treuirensis, sed pares, quia iisdem se postponi passi sunt eandemque testium classem cum reliquis constituant.
- 32) Illustrissimum in hoc genere exemplum ex tabulis FRI-DERICI II. n. 3. iam excitauius. De sensu et ratione ipsius rei non conuenit inter interpres; SENKENBER-GIVS apud HAGEMANNVM in Beyträgen zum Braunschweig-Lüneburgschen Lehnrechte num. IV. §. 7. et 8. Glacii Eftoris que opinione resellit, atque centet, ministeriales Ottonis, quos iure allodiū constituerat, in subuassallos imperii suisse adoptatos, vt ne a feudo auellerentur. Evidenter huic interpretationi subscrivere non possum. Neque enim oblatio praecepsit, neque vendendum erat, vt auellerentur a ducatu, in quo ius quae- situm competit, sed quemadmodum dominus summam in imperio dignitatem accipiebat, ita etiam ministeria- les

- les eius ad dignationem ministerialium imperii euenienti erant. Itaque nihil praeter dignationem ciuilem eisdem tributam arbitror, nec feuda eorum in subfeuda fuisse mutata. Aliud exemplum LO THARII A. an. 1135. T. II. Origg. Guelf. p. 520 legitur, vbi de ministeriali bus eccliae in Wilderhufen caueat: *ex cum filiis eius postcris suis parent habere conditionem ex legem cum nostris et Duci Henrici ministerialis.*
- 33) IVS ALEM. edit. Berg. cap. 62. p. 14. principales Principum ministros ingenuis natalibus esse oportere statuit, quod quanquam seculo XIII. scriptum, tamen non video, quidni retro trahatur. Atque si quis ipsas ministerialium in singulis prouincias constitutorum familias inuestigauerit, plerarumque nobiles certe ingenuas origines cognouerit.

CAPUT II. DE SUCCESSIONE FEVDORVM EIVSQUE EFFECTIBVS.

§. 4.

Successio feudorum regnante Conrado II. Salico constituitur.

Mortuo Henrico II. atque gente regnatrice simul cum eo extinta, ad liberam electionem res Germaniae reuersa, in manus Conradi Salicis tradita fuit, qui primus e gente Francorum seu Sueorum Princeps multa in regimine Germaniae innouauit, vniuersim tamen auctoritatem Caesarem firmauit. Maxima quae ipso auctore euenit res, absque dubio est numerum publicorum benefiorumque successio, quae tantam vim in vniuersam Germaniae Italie-

liaeque recturam habuit, ut accurata contem-
platione digna videatur.

a) de Successione in beneficiis militum in comitiis
Aquisgranensibus an. CIOXXV. constituta.

Vis militiae in vassallis reposita erat. Ita-
que Principum intererat et plures et fidos ha-
bere vassallos. Iam more receptum fuerat, ut
ne filius, militiae capax atque idoneus, a bene-
ficio paterno temere repelleretur, partim
propter exitus difficiles, quos talis iactura pa-
rere solebat, partim quia officii, quae ex me-
ritis parentium erga liberos oriri existimaban-
tur, id ipsum repugnabat, atque tales benefi-
ciorum mutationes ipsis praediis damnosae
erant. At enim Conradus A. ut auctoritatem
suam stabiliret, non solum leges gentium Ger-
manicarum firmavit, sed perrexit Aquisgra-
num et sedens in solio Caroli M. rempublicam
ordinauit, atque in publico placito et generali
concilio diuina et humana iura utiliter distri-
buit. Quam vellem, ut gesta et acta horum
comitiorum ad posteritatem peruenissent, con-
iecturis eisdem indulgere nolo, vnius tamen
constitutionis longe antecellentis sensum WIPPO
his verbis prodidit: MILITVM ANIMOS IN HOC
MVLTV ATTRAXIT, QVOD ANTIQVA BENEFI-
CIA PARENTVM NEMINI POSTERORVM AVPERKE
SUSTINVIT¹⁾. Sanctionem de feudorum mili-
tarium successione in his comitiis editam fuisse,

et

et verba auctoris et fides, atque ipse rerum
euentus comprobant, an autem lex in formu-
lam redacta et promulgata fuerit, neque affir-
mare neque negare ausim, certe formula non
superest, quamvis eius sensus et ratio ex verbis
historici, qui ipse praesens omnia cognouerat,
intelligatur. Ait auctor: MILITVM ANIMOS
IN HOC MVLTVM ATTRAXIT; qui milites di-
cantur supra iam dictum fuit, hoc loco eos
significari puto, qui beneficia equis merebant.
Ipse enim virgo²⁾ post Principes recensuit,
milites primos, et milites gregarios, qui fidem
Regi promiserint, ideoque vassallos Imperato-
ris et Principum, quos secundi ordinis appelle-
lauimus, hac lege comprehensos puto. Ho-
rum animos multum attraxit, id est sibi dedi-
tos atque fidos reddidit, etenim: ANTIQVA BE-
NEFICIA PARENTVM NEMINI POSTERORVM AV-
FERRE SVSTINVIT, quibus quidem verbis ipsa
legis sanctio continetur; antiqua beneficia di-
cuntur, quae a parentibus possessa fuere, ex-
primiturque simul continuatio beneficiorum a
patre ad filium, nullam tamen adhuc fuisse suc-
cessionem antiquorum beneficiorum feudalem,
ex ipsa lege intelligimus, constituit enim: VT
NEMINI POSTERORVM AVFERRENTVR. His
igitur verbis ipsa successio datur, et nisi me
omnia fallant, posteritatis verbum ex ipsa con-
stitutione retentum, ut simul natura successio-
nis definiretur. Neque enim ullum aptius aut
ad naturam huius successions admodumatius
repe-

reperiri potuisset. Verba legis in praeteritum concepta et ad milites, qui tum beneficia possidebant, restricta videntur, ideoque an haec constitutio etiam in futurum valuerit, quaeri potest. Evidem nullus dubito, idque euentus quoque edocuit atque omnis feudorum historia. Ab hac igitur lege receptum fuit, ut posteri in feudis antiquis pariter atque nouis succederent⁸⁾ saluis caeteroquin iuribus et obligationibus hactenus inter seniorem et clientes receptis. Quare etiam proprietas penes dantem remanere, neque quicquam praeter possessionem et usumfructum ad accipientem iure feudi transire existimabatur. Causa legis latoris autem fuit, ut milites sibi conciliaret, quorum ope auxilioque et contra Italos et contra potentes in Germania hostes vteretur, neque optimum Principem teste historia spes fecellit. Itaque auspicia regiminis constitutione noua reddere laetiora militesque et privilegio singulari exornare et sibi deuincire studuit, legemque dedit maximi in vniuersam posteritatem momenti.

3) *De successione beneficiorum maiorum.*

Magna quæstio est, an eadem lege maiorum beneficiorum, id est, ducatum, comitatum, marchionatum, et ut uno verbo omnia complectar, Principum successio recepta fuerit. Ex verbis et sensu legis, id mihi

hi intelligere non videor⁴⁾), neque tamen non haec ipsa sanctio mox ad beneficia Principum prolata fuit. Etenim cum maiores et minores vassalli adhuc iisdem iuribus vni fuissent, Imperatori fuisset pudori ius nouum denegare Principibus, quod etiam si in ipsis comitiis non constitutum, certe interpretatione receptum fuit, ideoque ab eadem lege eodemque tempore successionem Principum repetendam puto. Quanquam enim ab aliis abstineam rationibus, ut puta Principes, qui sui commodi semper memor esse solebant, ius succedendi vassallis suis non concessuros fuisse, nisi idem ius suae posteritati indulatum fuisset, tamen id ipsum et loca scriptorum, quibus Principum successio iure recepta traditur, testantur⁵⁾ et ipsa territoriorum ad posteritatem possessoris translatio. Successor Conradi II. Henricus III. vir magni animi atque dominandi cupiditate captus, potentia sua fretus tentauit quidem in maioribus ducatis, qui ipso Augusto negotium facere atque imperio resistere possent, pristinam consuetudinem reducere⁶⁾ sed maximum sibi odium hacre conflauit, nec tamen, quod efficere studuerat, perfecit. Ipse quidem calamitatem inde ortam non sensit, sed filius eius et nepos, atque ut ne quis iterum tale quid contra successionem Principum moliri auderet; omnibus modis iura sua firmare, atque ipsam Imperatoris potentiam arctissimis limitibus circumscribere, e re sua duxerunt Germaniae proceres.

Itaque

Itaque nunc successionis iure, quidquid Imperatoris Regisue ordinatione adeptum fuerat, ad posteros transibat, atque in vna gente persistebant et magistratus, quo rectura districtus cum iurisdictione ac banno sanguinis comprehendebatur, et beneficia, quorum fructus munera rationem habebant, et munera regni, qui cum munere Ducis Comitisque aut iure populi gentisue regnaticis privilegio, aut delegata Augusti potestate, iuncta erant. Caue tamen putes, iam hoc aeuo allodia cum territoriis et beneficiis ita commixta fuisse, vt nihil praeter hereditariam possessionem spectaretur, vtrunque portius, feudum et allodium, iure distincto habitum, ideoque multum retulit, vt ne quod ex collatione Cæsarea possidebatur, cum patrimonio confundetur. Quare in monumentis horum temporum et ducatus et comitatus distingui a propriis Principum bonis intelligimus, Regum villas, palatia et praedia, vti omnes alios redditus Imperatorum, eodem, quo adhuc fuerant iure censeri, ipsosque ducatus et comitatus, iure possessoris extinto, ad liberam Caesaris distributionem redisse. Sed de his suo loco dicam.

¶) Legem Conradinam ad beneficia ministerialium et castrorum vassallorum non pertinuisse adseritur.

Fuere tam in regno Germaniae, quam in eius prouinciis, multa alia munera et beneficia,

D

qui-

quibuscum militandi obligatio iuncta non erat. Huc refero beneficia aduocatorum, iudicum, et ministerialium. Itaque quaeritur an legis Conradiæ sanctio aut ratio ad haec pertinuerit. Ego vero id negandum censeo. Neque enim solum legis interpretatio, sed ipsa historia repugnat. In his igitur ius antiquum valuit, nisi quod ex singulæ caussa posteritatis simul vnius alteriusue prospectum fuerit ⁷⁾. Idem etiam in ministerialibus, qui vices officiorum palatinorum in curiis solemnibus obibant, statuo. Conradus certe Augustus sub initium imperii nouos sibi ministeriales ordinauit ⁸⁾. At vero ipsa Archiofficia cum ducatibus hereditaria facta sunt. Haec enim inde a Carolindarum aeuo cum primariis ducatibus iuncta a munere Ducis separari non poterant, inde sequitur, ut et ipsa cum ducatu ad posteritatem translata fuerint ⁹⁾. De militiis castrensis postea dicam, legem Conradinam autem de iis nihil statuisse duntaxat moneo. Itaque effectus istius legis in vniuersa republica inuestigabimus.

⁷⁾ *In vita Conradi Salici apud PISTORIVM T. III. SS. rer. Germ. p. 439.* Hanc legem ne confundas cum lege anno 1037. in Italia edita. Wippo enim in hoc loco de Germania loquitur. Sunt, qui hunc locum de lege feudorum Italij anno 1037. lata interpretantur, sed reveror, ut ipsum Wipponem satis intellexerint. Scriptor enim refert de iis, quas Augustus mox post coronationem in Germania egit, Aquisgrani in Archisolio rempublicam ordinans in publicis comitiis. Nunc addit auctor quanta maiestate, laude, honore et dignitate in his comitiis versatus fuerit, quibus vnam de beneficiis militum

militum, propter singularem effectionem, addidit legem. Finis his comitiis more maiorum peragavit prouincias, Saxonum legem firmavit, et nunc sequitur de italis historiis plane alia, quam de lege feudorum, hanc enim historicus ad annum MXXXVII. retulit. Quomodo igitur lex anno 1025. in Germania lata, cum ea, quae anno 1037. in Italia edita fuit, misceri possit, ego certe non video.

- 2) cf. WIPPO p. 248. Idem quoque constitutiones I. F. 27. I. F. 28. II. F. 21. et 22. declarant. Plura dabit KOPPIVS de differentia inter S. R. I. comites et nobiles immediatos p. 80. seqq. ESTOR Obs. Iur. Feud no. XXVI. Vnum locum addam. AVCTOR chronicus Episc. Merseb. apud LVDEWIGIVM in Reliqu. Monitorum T. IV. p. 353. Episcopus, inquit, in curtem suam Kurim placatum cunelis suis militibus indixit eoque venire praecipit.
- 3) CHARTA an 1029. apud FALKENSTEINIVM Cod. Antiqu. Nordgau. Dipl. num. XII. clientes a Duce Alemanniae Ernesto petunt, ut iure beneficiorum ipsis firmetur preceptis imperialis potestatis; huius petitionis propriae sunt rationes, quas tradere non vacat, successionem tamen ex his tabulis intelligere mihi videor. Hanc chartam omnino memorabilem plures a FALKENSTEINIO excitati illustrarunt, quibus addendos WESTPHALEN. Praef. T. I. Monument. Cimbr. p. 57. Add. VDALRICI Codex Babenbergensis num. CXXI. apud ECCARDVM Corp. Hist. medi aevi T. II. p. 110. et III. AVCTOR chronicus Thuringici ad annum 1025. apud MENKENIVM T. II. SS. Rer. Sax. p. 1066. refert, filium vassalli, qui patris feodium iure successionis ad se pertinere fructu contra dominum, Archiepiscopum Moguntinum, defenderat, propter iniuriam sibi illatam, vassallum patris sui feudo inuestitum interfecisse. RETHMEIERVS in Histor. Eccl. Brunsv. P. I no. 2. chartam fundationis an. 1031. edidit, qua dicitur: Hartegardus et uxoris eius Atta homines liberi, hanc ecclesiam pro se suisque omnibus construxerunt, cui duos mansos, Luidolfi Comite consentiente, in donum municiparunt. Nam eosdem mansos Hartegardus ex parte Luidolphi praedicti Comitis in beneficium habuit.

- 4) Militum vocabulo omnes comprehendendi vassallos atque adeo Duces, exempla apud METTINGHIVM de statu milicie Germ. p. 225. litt. l. docent, hoc loco autem Principes, militum verbo non sivele comprehensos, ex ipso Wippone iam docimus. Deinde lex Italica an. 1037. edita ad filios milites, pertinet, atque suo loco demonstrare conabor, vassallos Italiae, nihil praeter ius militum Teutonicorum desiderasse.
- 5) ALBERICVS in chronico ad annum CIOXXXIXI. apud LEIBNITIUM T. II. Access. Histor. p. 65. Frederico, inquit, *Misellanorum* Duce mortuo, QVIA MARES FILIOS NON HABEBAT, QVIBVS DVCATVS COM-PETERET, Gotbelo Dux, impetrato ab Imperatore etiam Mosellanorum ducatu, in Lotharingia potentius principatur. LAMBERTVS ad annum MLVII. memoriae prodidit: Vto Marchio obiit, cui filius eius Vto iunior successit; et ad annum MLXX. ait: Dux Lotharingorum Gotbofredus — obiit et Verdunis sepultus est, cui filius eius Gotbofridus successit. Itaque BER-THOLDVS Constantiensis ad annum 1059. apud VR-STISIVM tam allodium, quam feudum ad heredes Ottonis Comitis pertinere iudicat. Quare exilimem comitatus, qui a possessoribus designantur, sive hereditarios apud SHOEPFLINIVM Alf. Dipl. tabulis anni 1027. num. 195. anni 1052. no. 212 aliisque. Vnum adseribam locum. ANNALISTA SAXO ad annum 1069. apud ECCARDVM in Corp. Hist. medii acui T. I. memoriae prodidit: cumque sub idem fere tempus Dedi Marchio (Misniae) longa aegritudine absuntus defec-sisset, (Henricus III.) marchiam eius Bohemiae Ducis in proemium exactas militiae dedit, tamen si vxor Mar-chionis Adala FILIVM SVVM, CUI HEREDITARIA SVCCESSESIONE MARCHIA DEEBBATVR, ei paulo ante pro se obsidem misisset et ipse Marchio post recuperata pacem in Gerflinguni inveneratam semper erga Re-gem remque publicam fidem seruasset. Regnante Henrico IV. successionem prorsus radicatam et fundatum sive LAMBERTI narratio ad an. 1073. apud PISTO-RIVM T. I. SS. Rer. Germ. p. 192. docet. Quac eniuad annum 1068. de Marchione Egberto reuolut, qui filio suo, tenerrimae aetatis infantulo, Marchiam impre-travit, successioni non repugnat.

6) cf.

- 6) cf. HERRMANNVS ad an. 1044 apud VRSTISIVM T. I. SS. Rer. Germ. p. 224. et VIR ILL. PÜTTERVS P. I. der historischen Entwicklung der heutigen Staatsverfassung des deutschen Reichs p. 139. Propter rebellionem et fidem feruitaque Imperatori negata etiam Duces feudo fuisse exutos, plura exempla docent, atque eo pertinet, quod regnante Henrico IV, de Duce Bauariæ retulit ABbas VESPORGENSIS ad an. MLXXXVIII. Welfo, inquit, Bavariorum denuo Dux filios suos et ipsos rebellare tentantes gratiae Imperatoris reconciliauit et uni eorum ducatum post se coeniziti impetravit. HENRICVS IV. anno 1077. apud SCHOFFLIN. T. I. Alf. Dipl. num. 224. comitatum Episcopo Argentineni tradidit — Bertholfo iam non Duciiusto iudicio sublatum.
- 7) Charta Brunonis Würceburg. Episc. an. 1056. apud LÜNINGIVM Spic. Eccl. num. 43. p. 719. exemplum praebet.
- 8) WIPPO apud PISTORIVM T. III. p. 428. in dispositio-
ne, inquit, curiali, quem Rex maiorem dominus statueret,
quos cubiculariorum magistros, quos infirmores et pin-
cernas et reliquos officiaris ordinaret, diu non est
supercedendum, cum illud breuiter dicere possim, quod
nullius Antecessoris sui ministeria aprius et bonificen-
tius prouisa memini vel legi. Hunc locum non de Archiofficiis esse accipendium, quae a manu Regis non
pendebant, sed de ministris, qui Archiducum loco obi-
rent functiones in comitatu Augusti, intelligi oportere,
historia docet. Atque de his etiam explicari debent,
quae MASCOVIVS in disp. de originibus officiorum au-
licorum § 26. seqq. differunt.
- 9) cf. GVILIELMVS DE GÜNDERODE Opusculorum T. I.
p. 384. CROLLIVS in Actis Academiacis Theodoro - Pa-
latinue T. V. p. 323. seqq. et quae eidem adscribitur
commentatio: Dafs die Pfalzgraven beym Rhein noch
vor der Wittelsbachischen Regierung die ersten weltli-
chen Churfürsten und Reichserzdrucksfäßen gewesen
1786. 470.

§. 5.

De effectu legis Conradinae in vniuersa Germaniae republica generatim.

Nulla vñquam lex maiorem vim et potestatem in vniuersam habuit Germaniam, quam illa de feudorum successione. Inuenit enim novas totius regiminis rationes et formas, atque prope contendere ausim, nouam rempublicam. Praecepitos effectus recenzebo, initium a capite facturus.

Receptum adhuc fuerat more maiorum, ut Imperatorem esse oporteret virum egregiae libertatis, id est, liberum ab omni subiectionis vinculo. Hoc enim Principi tant'e dignitatis conuenire atque proprium Regis Germanorum, qui maiestatem Imperatoris sustineret, esse credebatur. Alios enim Reges Imperatoris maiestatem comiter vereri decebat. Quare Dux aut Princeps ad solium regni euectus, magistratus, quos adhuc gesserat in republica, depонere, aliumque in suum locum surrogare debebat. Sua sponte intelligitur post receptam feudorum successionem, hunc morem mutari et abrogari oportuisse. Legem eius rei ergo latam memoriae proditam non reperi, neque verosimile videtur in comitiis, sub auspiciis Conradi habitis, de abdicatione monerum, si quis in solium euechatur, cautum conuentumque fuisse. Paulatum igitur ille mos in desuetudini.

tudinem abiit, primum quidem Augusti, quia Regem Germaniae esse vassallum non decebat, filiis consanguineisque munera regni tradere solebant, vt successio anticipata videretur, deinde autem receptum fuit, vt Rex retentis feudis, duplicem sustineret personam, et qui olim egregiae libertatis vir fuerat, nunc sine pudore regni esset vassalus. Illum morem inde a Conrado II vsque ad Rudolphum Habsburgicum manasse¹⁾) hunc autem exemplo suo novi iuris auctorem factum fuisse reor. Quod igitur olim in allodium patrimonioe obtinuerat, nunc saluo nexu feudali ad territoria clientelaria prolatam fuit²⁾.

Initium inuestiturae feudalium ex Conradina sanctione repetendum puto. Quae enim ante obtinuit inuestitura, pro ordinatione magistratum haberi debet³⁾). Irde autem talis in ipsa republica orta est conuersio, vt fides clientelaris ciuilem subiectionem absorbere videtur. Itaque euenit, vt qui allodia regebant sua, se liberos dominos existimarent ideoque omnem sere obedientiam declinarent. Atque ipsa obligatio militandi maximam mutationem passa fuit, vt cum antea omnes tenerentur militare, qui praedia possidebant, nunc hoc vas- fallorum esse crederetur, omnisque rectura ac militia fide clientelari sustineretur⁴⁾.

Coniunctio magistratus cum territorio, in quo exerceri solebat, inde quoque originem

D 4

cepit.

cepit. Iam enim Principes imperii suum esse magistratum contendebant, ipsumque territorium eodem iure possideri, atque propria bona, quemadmodum in beneficiis ecclesiasticis, quibuscum comitatus atque ducatus imperii iungi poterant, iam receptum fuerat. In his enim dos ecclesiae, quae in pleio dominio corporis erat, parum a bonis iure feudi acceptis differebat. Inde paulatim constituta fuere territoria Germaniae, quibus et magistratus et beneficium atque ipsum gentis allodium comprehenderunt, in indagandis autem gentium Germanicarum originibus primam sedem, quae aut arx fuit, sine qua nulla fere alicuius momenti familia tutta et potens credebatur, aut territorium iure muneric publici possessionem, licet in hoc etiam sedes propria adesse soleat, inquire oportet. Cum hac primaria sede et magistratus et feuda paulatim iuncta fuere, ut maius inde territorium orietur. Haec coniunctio ex illa ipsa lege Conradina repeti debet, quamquam post successionem feudorum munerumque receptam, memoria harum rerum non statim deleta fuit. Firmata autem hac coniunctione, etiam reliqua imperii iura, vestigalia praedia et quidquid fisci regii atque Caesareae potestatis fuerat, cum territoriis et regimine prouinciarum coaluerunt, ut inde noua Germaniae forma nasceretur, atque prisci regiminis non cessaret solum ratio, sed vestigia eius adeo, nimi-

nimirum distributio in ducatus aut comitatus et pagos, delerentur ⁵⁾.

Perfona standi in comitiis, quae iure antiquo aut ex magistratu aut ex possessione territorii oriebatur, nunc solo territorii iure nisi et exerceri coepit. Magistratus enim cum territoriis coniuncti, id ipsum effecerunt, eaque de causa ius comitiorum reale factum, quemadmodum in Dynastis adhuc idem obtinuerat. Sed haec res magnam peperit in suffragiis comitiorum et perturbationem et inconstantiam, diuisionibus territoriorum mox inualescentibus ⁶⁾. Qui enim partem territorii maioris regebant, iure suo postulabant, ut in comitiis admitterentur, etiam si diuizio duntaxat imperfecta, salua communione proprietatis, intercessisset ⁷⁾. Tandem etiam remota potestatis territorialis caufsa inde cognoscitur. In unum enim allodiis, feudis et magistratu territorii coactis, atque in dominio computatis, haud difficile erat reliqua adiicere iura, ut inde paulatim illa exsurgeret potestas, quam vocamus superioritatem territorialem ⁸⁾. His quidem temporibus, quibus magis ponderari, quam numerari solebant suffragia Principum, res haec in rempublicam non fuit pernicioſa, quod cum iure novo aliter eueniaret, disciplinam mutari oportuit, et quemadmodum olim diuisionibus augeri, coniunctionibus autem territoriorum minui solebant suffragia, ita neutrum iure novo fieri constat.

¶) Conradus ipse, qui, vti constat, beneficia nunquam meruerat, cedere magistratu non potuit, erat enim secundum WIPPONEM p. 426. genere et virtute atque in bonis propriis nemine inferior, tamen de republica ad comparationem talium virorum (Ducum et Marchionum) parum beneficij ac potestatis habuit. Etenim eos falli, qui Conradum nostrum pro Duce habent, recte demonstrauit HAHNIUS in Orat. de genuino ac Salico Conradi II. ortu p. 89. SIGEBERTVS GEMBLAC. ad an. 1024. eum dicit: *virum egregii generis et egregiae libertatis, quippe qui nunquam se submisserat alicuius servituti.* Filio suo Henrico piures commisit ducatus, in primis Bauariam Sueviamque, qui euectus ad solium anno 1040. Bauaria, deinde an. 1045. Suevia se abdicavit, morem antiquorum Principum secutus. Veras rationes nondum ineftigare mihi licuit, sed ni fallor inde repetendae, quia Henricus III. successione maiorum ducatum lege paterna non comprehensorum, admittere noluit, quod equidem inde intelligere mihi videor, quia ducatum Sueviae per aliquot annos a morte Conradi A. retinuit. Certe exemplo suo Principes praecire studuit. Ipsa Francia seu Franconia, in qua Conradi praedia sita erant, in formulam ducatus nondum redacta erat, sed teste EKKEHARDO de casibus monasterii S. Galli cap. I. p. 76. fisco regio peculiarter parebat. Ducatum Bauariae, remoto ex iudicio Principum Duce Bauariae Conrado, an. 1053. filio suo Henrico IV. regendum concessit, quem patre mortuo, Agnes Imperatriz mater suscepit, sed Ottoni Nordheimensi tradidit, cui tamen iudicio Principum admensus et Welfoni ab Henrico IV. concessus fuit. Henricus V. a patre accepit tractum Alemanniae regendum, quod in TABVLIS apud LVDEWIGIVM T. II. Met. p. 182. his verbis refert: *Serenissimus dominus Imperator, pater noster, nostra ditioni deputauit terram Allemanniae plenius et commisit, intendimus in ea disponere, quod nobis et fidelibus nostris videtur expediens et consultum.* Ipsum patrem, praeter regnum allodiumque suum, nihil possedit, inde intelligimus, quia AVCTOR *vita* Henrici IV. p. 386. memoriae prodidit, hunc ipsum a filio exegisse insurandum, vt ne unquam se vel de regno vel

vel de praediis patris co vivente, nisi forte ex consensu
iphius, intrumitteret.

Mortuo Henrico V. in solium sublimatus fuit Lotharius Dux Saxoniae, qui ducatum Saxoniae Henrico Magnanimo Duci Bavariae, cui filiam suam nuptum collocauerat, concessit, quannius in anno dissensio reprehendatur. AVCTOR enim *chronici Weingartenis* apud LEIBNITIVM T. I. SS. *rer. Brunsv.* p. 786. cum CONRADO VRSPERGENSI p. 211. an. MCXXVII. id factum fuisse tradidit. HELMOLDVS contra in *chronico Slavorum Lib. I. cap. 54.* id demum ad annum MCXXXVI. retulit. Id igitur certum Lotharium ducatu suo se abdicasse, generoque Duci Bavariae concessisse. Conradus III. DIPLOMATE an. 1237. apud LVDEWIGIVM in *Reliqu. Met.* T. II. p. 185. monasterium eximendo a iurisdictione ordinaria, *nominatum*, inquit, per totum Comitatum Kochengau, quem ante nostram in regno sublimationem, nos ipsi habuimus. De ducatibus Sueviae et Allemanniæ non est, vt dicam, quippe eorum sata et mutationes KOELERV^S *dissertatione* 1735. exposuit. Tandem adeo de Guilielmo in Regem Germaniae electio MATTHAEVS PARIS ad an. 1256. memoriae prodidit terram suam fratri donaſſe. SCHMIDIUS T. III. *Hist. Imp.* p. 149. ex hoc exemplo morem cedendi feudis imperii a Guilielmo adhuc obsernatum fuisse, demonstrare studuit, sed vereor, vt vim probandi locus allegatus habeat. Guilielmi enim filium Florentinum V. patri successisse in feudo constat, patruo tutore, ideoque, qualis illa fuerit donatio, cuius meminit Matthaeus Paris, nihil certe non liquet. RUDOLPHVS HABSEVRGICVS *charta* an. 1294. apud PFEFFELIVM Spec. II. *iurispr. dipl.* referente ZEPERNICKIO T. I. *Anal. Iur. Feud.* p. 41. ait: *filium Guilielmi ab imperio feuda sua tenere; prout quondam pater suus illa ab imperio tenuit in ultimo tempore vitae suae.* Quare AVCTOR *Iur. Prou. Sueu.* cap. 24. §. 3. de feudis imperii, quae Imperator possidet, explicandus non est. Forte alia occasione huius rei chronologiam uberiori expendam.

- 2) Iuris hodierni rationes breui complexus est, IKENIVS *comment. de Augustissimi Imperatoris atque Imperii*
R. G.

60 LIB. I. HISTORIA INSTITUTORVM FEVDALIVM.

R. G. primariis vassallis, Imperatore atque Augusta
Marb. 1752.

- 3) Renouationem, quam vocant, in manu seruiente ex antiquo iure manare, cauſſa duntaxat mutata, manifestum est, sed quenaam est ratio inueniturac in manu dominante? WIPPO in vita Conradi Salici p. 428. de fidelitate facta Regi, inquit, minus necessarium dicere puto frequenti tuis teste, quod omnes Episcopi, Duces et reliqui Principes, milites primi, milites gregarii, quin ingenui omnes, si aliquius momenti sint, Regibus fidem faciant. Haec fides iureurando munita et sub iactura feudi, post noui Regis inaugurationem, exacta pro renouatione investiture in manu dominante recepta fuit. Principes, qui Ottонem IV. elegerant, litteris ad Pontificem datis apud SCHATENIUM T. I. Annal. Paderborn. p. 917. aiunt: nos autem Principes, qui iam dilectum dominum Ottонem in Regem elegimus, feoda nostra, quae ab imperio tenemus, a manu ipsius recipientes hominum sibi fecimus et fidelitatem iurauimus.
- 4) Exempla præbent euocationes vassallorum. HENRICVS IV. Episcopum Bambergensem apud LVDEWIGIVM T. I. SS. Rev. Bamb. p. 815. rogat: sub spe remuneracionis gratissimae — et per fidelitatem, quam nobis et regno debes, monemus, ut omni occasione destructa, sicut honor est regni atque tuus, ad expeditionem venias. Itaque Imperator rogat et monet vassallos, vt adsint servitorum cauſſa.
- 5) cf. HORVM COMMENT. Pars II. Vol. I. p. 45. nota 25.
- 6) Multis exemplis non utar, de ipsa re iam Hor. Comment. c. I. p. 57. sub litt. e. differui, duo tamen addam. Bernhardus II. Dux Saxonie, qui an. MXI. patris Ducatum obtinuerat, Meinwerci Episcopi Paderbornensis opera studioque, quod breuiter narravit SCHATENIUS Annal. Paderborn. T. I. p. 393. mortuus an. MLXI. duobus filiis relictis, de quibus HELMOLDVS in chr. Slau. Lib. I. cap. 22. cuius, inquit, Ducus Bernhardi hereditatem Ordulfus et Hermannus filii eius inter se partiti sunt, et quidem Ordulfus ducatum suscepit gubernandum. Insignis locus, qui quod supra de feudorum maiorum successione diximus, egregie confirmat, simul

simul autem declarat, ducatum id est magistratum hoc tempore nondum coaliisse cum hereditate et territorio, ut in iudicium familiae eriscundae deduceretur. Alio modo iisdem temporibus rem expedire placuit. LAMBERTVS SCHAFFN. ad an. 1071. p. 733. in comitatu, inquit, Balduini eiusque familia id multis iam seculis seruabatur, quasi sanctum lege perpetua, ut unus filiorum, qui patri parissimum placuisse, nomen patris acciperet et totius Flandriæ principatum solus hereditaria successione obtineret. Cacteri vero fratres aut huic subditi dilectoque obtemperantes ingloriam vitam ducent, aut peregre profecti magis propriis rebus gestis florere contenderent. Hoc scilicet siebat, ne in plures diuisa prouincia, claritas illius familie per inopiam rei familiaris obfoleret. Itaque OTTO FRISINGEN-SIS de gestis Friderici I. Lib. II. cap. 29. hunc monrem Burgundiae omniumque paene prouinciarum Galliae fuisse tradit.

- 7) Observatiunculam apprime vtilem dedit (IAC. REINHARD) in opere: *Die Gemeinschaft, als ein wahrer Grund der Erbfolge* — p. 93. seq.
- 8) Has origines vberius ex mediis aevi monumentis tradidi in libro: *Beflmmung der Kaiserlichen Machtvollkommenheit in der teutschen Reichsregierung* P. III. Sect. I. cap. I. p. 140.

§. 6.

*Qualem vim successio feudorum in leges et iura
habuerit, breui expenditur.*

Obtinuerant adhuc tam in Germania, quam in Italia iura beneficiorum a Regibus Francorum constituta ac recepta inque Capitularibus comprehensa. Harum legum usum citius in iure publico, serius in iure priuato exoleuisse iam diximus¹⁾), nunc de iuribus beneficiis

nesfiorum in vniuersum videamus. Duo mihi distingueda videntur, ipsum ius beneficiorum, atque nexus clientelaris. Illud per legem Conradinam penitus mutatum fuit. Clientes enim nunc dominos se praediorum ac beneficiorum existimantes, omnia possessionis et utilitatis iura usurpabant, excepta alienandi facultate. Hanc quidem ipsis non tributam fuisse, sed iuri senioris in substantiam beneficiorum competenti repugnare, partim ex ipso clientelae nexu, quem perpetuum et seruitiorum caussa constitutum infringi non oportere sentiebant, facile inferebant, partim ex moribus Germanorum, qui generatim rem nexus beneficiario et clientelari affectum sine constituentis voluntate alienari posse prohibebant, intelligebant. Accessit tertia caussa ad ingenium Germanorum plane adcommodata. Posteritati vassallorum successio tributa fuerat, eaque de caussa liberis alienando beneficio ius quae situm auferri non debebat. Neque id aegre ferebant Germani. Gentis enim indoles ac persuasio erat, bona parentium deberi posteritati ac familiae, alienationes, quas vocant mortis caussa, ignorabant, nec pruritus testamentorum condendorum inuaserat corruptructe populos Germanorum, inter viuos autem alienationes in tanta pecuniae penuria raro audiebantur. Vnum genus alienationum familiis exitiosum fuit, liberalitas in clericos et monasteria, sed hanc quoque vassallis ademtam fuisse,

ex

ex obligatione seruitorum facile intelligebatur.

Nexus clientelaris legibus antiquis aliquamdiu stetit. Huic enim inerat obligatio seruitorum praestandorum, fides vassallatica, fratreque huius fidei poena. Haec autem paulatim contigit mutatio, ut eius obligatio non ex persona seu promissione, sed ex re possessione oriri crederetur. His quidem temporibus nihil circa promissionem fidei innouatum fuit, liberos enim, mortuo patre, adesse, fidem et seruitia offerre, dominum intra annum rogare beneficium patris oportuit, atque adeo pristina juris soluti symbola et redditum beneficii ad dominum significantia offerre. Reditus feudi ad dominum igitur non potuit non cessare, successione feudorum constituta, ius antiquum tamen in vassallo impubere per aliquot secula retentum fuit. Fidem clientelae, sine qua nulla feudi possessio intelligebatur, impubes feudi successor subire non poterat, rationem enim ex seruitiis, quae per aliam praestari potuissent, non repetio, eaque de causa ius succedendi quiescere videbatur. Quamobrem more maiorum possessio et administratio cum fructibus feudi, quoad vassallus impubes erat, ad dominum reuertebatur, cuius nunc erat per hoc tempus et curare feudum vassallumque impubarem, et de seruitiis sibi prospicere. Deinde ius antiquum de redditu feudi

feudi seruatum fuit eo casu, si vassallus sine feudi successore moriebatur. Id quod ex stricta legi Conradinae interpretatione atque natura nexus clientelaris obtinuit²⁾. At enim pristino isto beneficiorum iure paulatim exolescente, nouum feudorum ius iam seculo XI. commentum receptumque, seculo sequente autem ampliatum et magis magisque excultum fuit. Cernuntur quidem in hoc iure pristini iuris vestigia, ita tamen comparata, ut ex novo fonte manasle videantur. Quamobrem origines quorundam iurium inde deriuari quidem possunt, sed mens et ratio iuris noui ex suis fontibus deducenda.

1) HOR. COMMENT. P. I. in singulis legibus id animadversum fuit.

2) De reditu feudorum maiorum dubitari nequit atque inde multiplices comitatuum aliorumque munerum concelles explicationem accipiunt, veluti *tabulis* an. 1039. apud HONTHEMIVM T. I. *Hift. Treu. Dipl. num. 235. p. 374.* an. 1043. apud SCHANNATVM *Trad. Fidd. p. 250.* aliasque. Feuda propter fidem fractam vassallis ademta ad liberam Principis redditus collationem materialiisque munificentiae praebuisse, constat, exempla paullum occurunt, excitatis *tabulas* apud MARQV. HERRGOTT *Cod. Dipl. Hift. Austr. num. 187.* sufficiat.

§. 7.

De effedu legis Conradinae in clientelis territoriorum.

Facile existimari atque ex iis, quae diximus, iam intelligi potest, successionem feudo-

rurn

rum in territoriis etiam rerum nouarum fuisse feracem. Vassalli et domestici et regii nunc in perpetua societate cum rectore territorii constituti, in primis huius rationem habere atque rem imperii publicam parui pendere coeperrunt. Salus territorii, erat Principis et vassallorum salus, ideoque coniunctis consiliis et armis illud regere atque tueri instituerunt. Vassalli regii, in quos olim Ducum ac Comitum delegata erat potestas, in idem cum vassallis domesticis corpus coaluerunt atque inter ordinis et status singulorum territoriorum praecipuum occuparunt locum. Itaque his temporibus iuris publici territorialis fundamenta iacta fuerunt, quanquam neque annum certum definire ausim, neque contendere, eundem in modum in omnibus Germaniae territoriis id ipsum processisse. Quemadmodum autem magistratus ciuilis cum prouincia fuit inuestitus, ita, quae iure magistratus adhuc collata fuerant imperialis beneficia, cum eodem, et per hunc cum territorio iuncta fuerunt, ut fides tam Principi, quam territorio ipsi, salua tamen erga imperium fide, praestaretur¹⁾. Quare proprietas feudi, quae antea penes imperium fuerat, ad territorium transiit, ut regii olim vassalli, nunc pro territorialibus habitи, in statum subuassallorum redigerentur, Principes contra dominio directo inuestirentur²⁾.

Maximam etiam vim successio feudorum in allodia Germaniae habuit. Qui enim pro-

xime suberant imperio, haud grauati sunt aut offerre sua castra, vt iure feudi redderentur, aut feudis imperii adiungere. Parum enim differre existimabatur, quo iure territorium possideretur. Dynastae territoriis potentiorum vicini, horum clientelas variis ex causis suscipiebant, vt pleraque allodia paulatim conuerterentur in feuda imperio territoriis subiecta. Neque tamen non remansere Dynastiae imperio subiectae, quae pedetentim, vel retento nomine suo, ad potestatem territorialem emersere ³⁾ vel nomine ducatus, marchionatus et comitatus a possestori insignitae, re quidem, sed non nomine a feudis discretae fuere ⁴⁾.

Tandem nec hoc praetereundum, gentes nobiles a stabili, quam nunc fere habebant, sede, aut munere, quod iure hereditario detinebant, nomen sortitas fuisse, agnationumque certitudinem incipere ⁵⁾. Diuisiones quidem interdum perturbationem aliquam cognationibus intulerunt, quia, praesertim post diuisionem perfectam, et nomina et insignia mutari solebant, neque tamen non haec quoque mutatione saepe vestigia praebet indagandi remotores gentium illustrium origines.

1) WIPPO in vita Conradi Salici apud PISTORIVM T. III. p. 435. post redditum Augusti ex Italia : hic (Ulmam) inquit, Dux Ernestus, non voto supplice venit, confisus in multitudine militum, quos optimos habuit, ut vel secundum libitum cum Caesare se pacaret, vel inde per potestatem rediret. Et habito colloquio cum suis, pri-

num monuit eos fidei sacramentaliter promissae, deinceps hortabatur eos, ne illum desererent, ne honorem suum perirent, non decrete eos immemores fore, in historiis parvum semper Alemanno bonae fidei et stabilitatis in dominos testimonium habere, et si sibi fidi forent, illis proemia, posteris eorum gloriam et honorem esse futurum. Talia dicenti duo Comites Fridericus et Anselmus pro caeteris respondebant hoc modo: nolumus inficiari, quin vobis fidem firmiter promitteremus contra omnes praeter eum, qui nos vobis dedit. Si serui essemus Regis et Imperatoris nostri et ab eo iuri vestro mancipari, non nobis licet a vobis separari. Nunc vero cum liberi, simul et libertatis nostrae summum defensorem interea Regem et Imperatorem nostrum habemus, ubi illum deserimus, libertatem amittimus, quam nemo bonus, vt ait quidam, nisi cum vita simul amittit. Quod cum ita sit, quidquid honesti et iusti a nobis exquiritis, in hoc parere volumus vobis, si autem contra hoc vultis, illuc revertentur liberaliter, unde ad vos venimus conditionaliter. Insignis locus, cui add. BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad an. 1093.
LÜNIGIVS Archiv. Imp. Spic. Eccl. P. III. p. 509.

- 2) HENRICVS IV. charta an. 1073. apud KREYSIGIVM in Beyträgen zur Historie der Sächsischen Lande P. I p. 5. ait: octo mansos regales, in pago Wilsca satis autem in villa Goretitz sub comitatu Eggeberti filii Marchionis Eggeberti cum omnibus — Eoitem autem mansos cum aliis quidam nomine Ozer in beneficium habuit, quibus culpis suis exigentibus, non modo destitutus est, sed etiam capitis sententiae adiudicatus, quem de capitali promoterita truncatione, quam de beneficii non promoterita possessione absoluimus. Ex his igitur tabulis intelligimus, Imperatores beneficiorum ex fundis regni constitutorum adhuc rationem habuisse, vt adeo imperio aperiri viserentur, econtrario Principes, in quorum territoriis sita erant, iam potestate suam in hos imperii vasallos protulisse, et quodammodo in beneficia ipsa. Illa enim praedja sub comitatu sita fuisse dicuntur, atque Imperator eadem pro remedio animae Marchionis Misnensis ecclesiae Misneni donat, — ea conditione, vt quicunque eorum possessor extiterit, omni-

aenio in anniuersario praedi*li* Marchionis defuncti pro animae eius commendatione a fratribus celebrata, plenum seruitium eisdem fratribus subministret. Ex quibus intelligere mihi videor, Marchionem ius in haec feuda aperta propter delictum vassalli fibi vindicasse, sed illa conditione Imperatori eadem concessisse, Imperatores enim de animabus Comitum et Marchionum olim follicitos fuisse in tali re non cognouimus. At vero HENRICVS III. apud SCHANNAT. in Cod. Prob. Hist. Wormat. num. 57. p. 52. praedium, situm in pago, qui vocatur Hassia et in comitatu Wericeni Comitis, vassallo, qui beneficii iure id acceperat, in proprietatem concedit absque viiiius consensu. Itaque regnante Henrico III. vassalli imperii minores sub portestate Principum nondum plene redacti fuisse videntur. Accedit successio feudorum, saluo caeteroquin prisco clientelarum nexu. Fridericus II. adeo in paciis conuentis anno 1220. cum Principibus ecclesiasticis initis apud LÜNIGIVM Arch. Imp. P. IV. p. 146. promisit, se in feuda Principum ecclesiasticorum aperta nullum ius fibi adserendum; quounque, inquit, modo, siue etiam ex morte infodati, Principi ecclesiastico feendum aliquid vocare contigerit, illud auctoritate propria, immo violencia, nullatenus inuademus, nisi de bona voluntate liberaliique concessione sua potuerimus obtinere, sed cum effectu suis vobis studebimus defensare. Itaque intelligitur aliquanto serius memoriam feudorum imperialium a Principibus collatorum obliteratam fuisse. Neque tamen non ex Charta an. 1118. apud HONTHEMIVM T. I. Hist. Treu. Dipl. p. 502. iam intelligimus, Abbatem S. Maximini contra Imperatorem fibi monasterioque cum effectu vindicasse vassallum.

- 3) Ut chartae paream, lectorem remitto ad ERNESTI BVRGGRAVII DE KIRCHBERG Comment. de superioritate territoriali in allodiis imperii. Lips. 1733. 4.
- 4) SCHOEPPLIN. in Hist. Zaringo-Badeni p. 259. illustrissima per Germaniam exempla his verbis complexus est: Zaringia nunquam fuit ducatus, Bada nunquam exsistit marchia. Beroldi Duces cum inhabitassem Zaringiam, appellati sunt Duces de Zaringen, castrum Baderne cum inhabitassem Marchiones, vocati sunt Marchio.

Marchiones de Baden, ex his titulis nec ducatus nec marchionatus veri efficiuntur. Zoringia nunquam in Ducatum evenit, marchionatus axioma denique Badae adhaesit. Possessor dignitatis suae, non officii nomen, dynastiae communicavit, ut Landgraviatus dicta est Hassia, quod possessores eius ex Thuringico Landgraviorum sanguine prognati, sese dicerent Landgravios. Pluribus exemplis coaceruandis non immorabor.

- 5) HANSELMANNVS im diplomatischen Beweis von der Landeshoheit des Hauses Hohenlohe T. I. p. 364. tabulas an. XXXVII. editit in quibus leguntur: BOPPO Comes de Heniberc, HVGO Comes de Cregineka, ADELBERTVS Comes de Kalewa, BOPPO Comes de Lorsen, EVERHARDVS Comes de Ingersheim et BVRCHARDVS Comes de Cambure. SCHVLTESIVS in Historia Hennebergica P. I. p. 27. ab his tabulis historiam suam auspicandam recte indicauit, aliorumque exemplorum meminit SCHMIDIVS T. II. Hist. Teut. p. 406. edit. Vlm. MOESERVVS Hist. Osnabr. T. II. p. 132. §. 15. aliquie, qui in indagandis gentium illustrissimarum originibus occupati fuerunt.

§. 8.

De originibus nobilitatis ex lege Conradina seu feudorum successione repetendis.

Late manant per vniuersum ius publicum, primatum et feudale origines nobilitatis, quam constat duabus comprehendendi classibus, quarum via superiore, altera inferiore ordinem complectitur. Evidem in tanta scriptorum nobilissimorum turba, qui de hac re exposuerunt, vix auderem originem nobilitatis expendere, nisi et ordo operis et historiae necessitas me urgeret. Itaque breui rem complectar.

E 3

a) de

a) *de nobilitate superiore.*

Sensu excellentiore nobiles dicti fuere Principes atque Dynastae ¹⁾. Origo eorum est antiquissima, duplex autem caussa, vna iam a TACITO ²⁾ relata, in possessione praedii territoriique, quod pluribus incolis eidem subiectis instruclum, iurisdictione et regimine proxime sub Rege aut republica praeditum, quaerenda, quippe domini et rectores eorum ob potentiam excellentiores, sua aliorumque manu fortiores, ideoque reliquis praestantiores et honoratores, id est, nobiles habiti ³⁾ altera post conditas ciuitates, praesertim post Germaniam regno Francorum adiunctam, ex ipso civitatis regimine et forma repetenda; in genui enim aut nobiles, qui munus publicum in palatio, ciuitate, atque ecclesia, vice sacra Regis administrandum acceperant, nobiles reputabantur ⁴⁾. Quae ex munere oriebatur nobilitas, illa, quae ex re competebat, praestantior fere visa fuit, tam quia plerumque magistratus superiores ex nobilibus legebantur, ideoque munus publicum incrementum honoris existimabatur, quam quia mos Germanorum fuit, Regi, vti par est, summum in ciuitate gradum dare, atque inde a Rege ordines honorum incipere. At enim hucusque receptum fuerat, vt nobilitas aut re aut munere adquisita, amissa re aut munere cessaret, ideoque Dynasta et Comes ad ordinem ingenuorum reuerteretur. Ex longa

longa quidem territorii muneras in eadem gente, possessione, administratione atque propagatione, dignatio aliqua toti posteritati conciliabatur, ipsa tamen nobilitas aut re aut munere continebatur, ideoque per se hereditaria non erat, sed per gentis, territorii, muneras conjunctionem. Quod si Dynasta, Dux aut Comes aut Marchio lectus fuerat, amissio munere, nobilitas ex possessione territorii remanebat, ideoque haec Dynastarum exempla, etiam si Comitis elogium retinuerint, quod pono, licet nullius meminerim, nostrae opinioni non repugnant. At enim per legem Conradinam et successionem feudorum maiorum omnis nobilitas realis facta est, id est, ex re, dynastia, territorio originem cepit. Ingenuus igitur per ipsam feudi maioris inuestituram collationem nobilis efficiebatur, ita ut propter hereditariam successionem haec ipsa toti posteritati communicaretur. Itaque nunc una erat nobilitatis causa a maioribus iam recepta, possessio territorii nobilis, duo tamen noua accessere, primum, ut nobilitas dynastia aut feudo adquisita, re licet amissa, retineretur, deinde ut etiam sine re ad posteritatem propagaretur. Quamobrem ex re nunc adquiritur, sed fit praerogativa gentis, ut in posteritate natum, non rei habeatur ratio. Itaque haud insolens fuit, retineri Ducis Comitisque elogium, amissio ducatu aut comitatu, ut ipsa Ducis, Comitis, Dominiae appellatio promis-

que adhiberetur. Munera ecclesiastica, quae in successionem non abidere, pristinum ius retinere, ut ad dignitatem superioris ordinis electus nobilitatem cum Ducis Principisue elo-gio adquirat. Quoad igitur nobilitas ex re oriebatur, Augustorum potestas, in impertienda nobilitate arctis limitibus circumscripta erat, atque in eo fere versabatur, ut gens, quae territorium possidebet ad maiorem dignitatis gradum cum territorio eueheretur. Atque in huic modum altior dignitatis gradus ex re territorioue proficiscebatur, licet etiam tunc absque re et territorio retineretur. Duce-
cem enim, Marchionem, Comitem sine duca-tu, marchionatu et comitatu creari, iuri publi-co moribus maiorum recepto repugnabat. Iure nouo tandem admissum fuit, ut nobilitas terri-torioum atque familiarum fecerneretur neque haec ex re territorioue, sed aut natalibus aut codicillis Caesareis adquireretur. Haec de nobili-tate superiore sufficiant.

§) *De nobilitate inferiore.*

Paulatim alter nobilium ordo in regno Germanico natus receptus que fuit, cuius haemini videntur fuisse causae et origines. Ditissimi territoriorum, ii in primis qui ampliora praedia possidebant, iam antiquissimis temporibus di-guationem aliquam p̄e pauperioribus habue-runt, ut nobiles interdum dicerentur⁵⁾. Subesse
acemu-

aemulationem aliquam dynastarum, qui ob potentiam diuitiasque nobiles habebantur, nemo non videt. Successione feudorum introducta, militia equestris praerogatiuam honoremque accepit, et quamvis liberis et baronibus territoriorum non exaequati fuerunt, superarem tamen adquisierunt dignationem. Accesserunt huic ordini pedetentiri ministeriales, legibus saepe publicis vassallis exaequati, ut adeo tres ingenuorum classes liberi, vassalli et ministeriales reliquis ingenuis ex iisdem causis, quibus nobiles orti sunt, nimirum ob praedii liberi possessionem et munera publici administrationem, antecellerent⁶⁾ et paulatim in unum corpus vniui, ordinem equestrem, seu nobilitatem inferiorem constituerent⁷⁾. Itaque ordo equester eundem fere in modum atque nobilitas superior, ex re et munere, natales traxit, dignationem per successionem feudorum et munera, id est, nobilitatem, non quidem verbo olim, sed re adquisiuit, ut omnino haec quoque praerogatiua, ideoque vtraque nobilitas, ex re originem ceperit.

Dynastae ante feudorum successionem vassallos beneficia sine magistratu merentes fere contemtui habuerunt, ut legibus adeo eorum honor vindicandus videretur⁸⁾. Illi enim soli se plene liberos existimabant, et quanta libertatis fuerit in ciuitate Germanorum aestimatio, neminem fugit. Post feudorum successionem

introductam non quidem haec gentis indeoles mutata ⁹⁾, sed paulatim nobilitatis vniuersae cum successione feudorum et munerum propria facta fuit. Quamobrem in originibus nobilitatis inferioris recte aestimandis haec tenentia sunt. Ante feudorum successionem praediorum maiorum domini cum militibus equestribus et magistratibus territorii dignationem aliquam, sed cum re et munere cessantem, habuerunt, introducta autem feudorum et munerum successione, praerogativa dignitatis cum re et munere ad posteritatem propagata, atque adeo, amissio praedio et feudo, retenta fuit. Qui igitur aut praedium liberum aut feudum equestre adquirebat, non poterat non ipso iure dignationem huic ordini propriam adquirere, quae semel adquisita absque praedio et feudo ad posteritatem propagabatur. Tandem ordo equester ad nobilitatis verae dignationem admissus, alteram nobilium classem suis praerogatiis munitam constituit, receptumque fuit, vt non re praedioue, sed natuitate aut codicillis Caesareis adquireretur. Itaque euenit, vt encomium liberi domini atque baronis, quod ab antiquissimis temporibus ex sola territorii praediue possessione existimabatur, per se, sine praedio territorioue, tribueretur. Quae quidem omnia, licet a lege Conradina remota, sine feudorum successione existere non potuissent, vt in veris caussis atque ratio-

rationibus nobilitatis inuestigandis ad legem
Conradinam omnino adscendendum videatur.

- 1) cf. AVCTORES nota u. ad §. III. excitati. Addi potest
HENR. PHIL. HEENEMANNI diff. de precariis Comi-
tum vulgo de Graaflyke Beden et antiqua nobilitatis
Hollandicae ab illis immunitate (Lugd. Bat. 1781) cap.
IV. §. 2-5. et qui nuper edidit SAMHABER de statu
et nominibus militarium in Germania seu quos bodie
vocamus nobilium inferiorum seculo post C. N. XI. et
XII. Wirceburgi 1793. 8vo.
- 2) De mor. Germ. cap. 13. iuncto cap. 8. DAV. ALAND.
in disq. de statu hominum apud veteres, LONGOLII
notiriae Hermundurorum T. II. num. VII. p. 144 per
Martinum Ernesti 1793. adiecta, cap. I. multa ad hunc
locum illustrandum attulit, magis tamen ex antiquitate
Romana, quam Teutonica.
- 3) AVCTOR deducionis Ebracensis quam §. III. nota 11.
laudauimus, §. V. p. 6. egregie hunc locum illustrauit,
cui iungi potest HERRGOTT in nota ad num. XLIX.
T. I. Cod. Prob. ad Histor. Aufzr. Dipl. atque Proleg.
§. 6. Ex re igitur antiquissima nobilitatis origo; an et no-
men? ait ECCARDVS ad Legem Salicam p. 40. CAN-
CIANI ad Legem Sax. T. IV. LL. Ant. p. 40.
- 4) LL. WISIGOTHORVM Lib. VI. Tit. I. cap. 2. rem his
verbis exprimunt: nobiles potentioresque personae, ut
sunt primates palatii nostri eorumque filii. Saxones,
Anglos et Warinos nobiles et ingenuos distinxisse, illis-
que longe maius pretium statuisse ex pluribus legum
locis apparet, videfis LEG. SAX. Tit. I. LEG. ANGL.
et WERIN. Tit. I. Idem de Francis probauit KOP-
PIVS de inf. diff. inter S. R. I. Comites et Nobiles im-
mediatos Sect. I. §. 3. atque ALAND. c. l. prol. §. III.
- 5) STRVEEN. de origine et progressu ordinis equestris in
Germania, in Dec. obs. cap. I. §. III. locum hue plane
pertinentem dabit. TABVLIS an. 1160. apud KIND-
LINGERVUM T. II. p. 296. nobiliores terrae appellantur,
et qui p. 212. quatuor nobiles donationem fecere;
cum adhuc heredes non haberent et pro legitima aeta-
tis

76 LIB. I. HISTORIA INSTITVTORVM FEVDALIVM.

tis integritatē liberi essent arbitrii, eiusdem conditionis mihi fuisse videntur. Plerumque autem in subscriptiōnibus chartarum vocantur LIBERI, veluti in tabulis an. 1128. apud GUDENVM T. I. cod. dipl. p. 76 an. 1158. apud KREMERVM app. doc. ad. Geneal. Naff. num. CXIII. p. 189. atque adeo MILITES, vt puta apud KINDLINGERVUM T. II. p. 51. app. num. IX. In charta an. 1086. tres ordines tessimum reperiuntur, unus de clero, alter de militibus, in quibus etiam comites, tertius de ministris ecclesiae. Eosdem interpretor mili-tes in documento an. 1237. p. 47. sed plura dabit SCHEIDTIVS de nobilitate p. 71 seqq.

- 6) *Charta an. 1166. apud KINDLINGERVUM T. II. p. 193.* nobiles, ministeriales et liberi discernuntur, sed editor doctissimus in nota subiecta recte monuit, liberos hoc loco significare ciues, et liberos olim sic dictos, nobilium appellationem mutuasse. cf. subscriptio tabularum an. 1182. apud HONTHEMIVM T. I. Hist. Treu. Dipl. p. 613. Sed canē putes hunc vñm perpetuum fuisse et constantem. Vnam chartam addam a MOE-SERO T. II. Hist. Osnabr. app. num. LVIII. editam, qua Principes id est Comites, Nobiles, Ministeriales et Liberi de parochiis ad synodum congregati memo-rantur.
- 7) *STRVBEN. Obs. Iur. et Hist. Germ. Obs. I. ex coaeuis monumentis hanc historiam tradidit, cui SCHOEPPFLI-NIVS T. II. Alf. Illustr. p. 629. HEENEMANN c. l. cap. IV. §. V. seqq. addi poslunt.*
- 8) *LVDOVICI PII Capitulare IV. an. 823. cap. 24. haec ha-bet: Vassi et vassalli nostri nobis famulantes, ut con-dignum apud omnes habeant honorem, sicuti a genitore nostro et a nobis saepe admonitum est.*
- 9) *Narratio monachi Weingartenis apud LEIBNITIVM T. I. SS. Rer. Brunsv. p. 782. satis nota est, sed in monimento, apud BESOLDVM monument. rediu. monast. Württemberg. p. 27. de Libero Barone de Krenchingen memoriae proditum legitur: Imperatore Friderico I. suum oppidum perambulanti immobiliter in sede collo-catus noluit assurgere, quia, ut Imperatori caussam per-cunctanti relatum est, corpore, possessionibus, rebus
zam*

tam liber esset, ut nec ab Imperatore, nec ab alio quodam beneficium rei feudalis percipieveret. Vnde Imperator, ut postea ipsum pro domino agnosceret, ius monetarum cuendiarum in feudum ei concessit. Hic igitur exemplum praebluit apud posteritatem, virum teutonicae libertatis ne Augusto quidem adsurrexisse, sed hoc suisse vassallorum officium.

CAPVT III.

HISTORIA FEVDORVM INDE A
CONRADO SALICO VSQVE AD ME-
DIVM SECVLVM XIII. SEV FRIDE-
RICVM II. A.

§. 9.

De incrementis feudorum praesertim imperialium.

Post constitutam et receptam feudorum successionem, late serpere et omnem complecti ciuitatem instituta feudalia. Caussae et rationes haud, longe arcessiendae. Res enī publica internis motibus agitata, sine milite forti et parato regi non poterat, et nescio, quo fato ius militare veterum, ex quo necessitas militandi omniibus praediorum possessoribus imposita fuerat, in desuetudinem abiret, ut milites aut feudis aut stipendiis conduci oporteteret¹⁾. Deinde nexus feudal is fortissimum pacis externe inter vicinos Principes vinculum, sicut creditum, optima tutelae et adquirendae et praefstandae ratio, ut hac quoque ex caussa

causa imbecilliores saepe potentiorum clientelas subire compellerentur²⁾). Hoc igitur tempore, id quod olim inauditum fuerat, euenit, ut Principes adeo clientelas Episcoporum et Praelatorum subirent, tam adquirendi studio, neque enim gratis id fieri solebat, quam superstitione aliquisque causis moti³⁾), ideo tertium in ordine militari gradum occupare atque Principibus ecclesiasticis dignatione cedere coacti⁴⁾). Noua res, oblationes praediorum alteri ea lege factae, ut more ac iure feudi redderentur, hoc etiam seculo originem ceperunt⁵⁾). Cum enim allodiorum domini animaduerterent, parum interesse iure feudi, an allodii possiderentur praedia ac territoria, quid? quod maiorem esse vassallorum, quam liberorum dominorum dignationem in aulis Regum ac Principum, ipsam que oblationem, causam præcere et adquirendi noua bona et augendi iura praediorum suorum; nullus fere, spe proemioue oblato, allodium, suscepta clientela, in feudum conuertere cunctabatur⁶⁾). His oblationibus, quarum potestas ex ipso dominio effici intelligebatur, non vicini solum Principes atque Nobiles nexus clientelarem constituerunt, sed feuda extra iurisdictionem et territorium etiam inde originem ceperunt, in primis autem Principes ecclesiastici insignes vassallorum cohortes adquisuerunt⁷⁾). Tandem in omnibus feudis receptum fuit, ut ad heredes pertinerent⁸⁾ nisi ad vitam concessa⁹⁾ aut propter munus soli personae data fue-

fuerint. Sed singula feudorum genera breui
videamus.

a) *De feudis imperii.*

Inde ab Henrico III. A. firmata atque multipli
cili vsu extra dubium posita fuit feudorum
imperialium successio. Iam igitur cum allodiis
gentium illustrissimarum iuncta, eadem succe-
sione ad posteritatem translata fuere, ut tamen
a patrimonii distincta, exorta forte ab allodio
feudi separatione, haberentur. Nunc etiam
caufa et ordo successionis in feudis imperiali-
bus definita fuerunt. Primum quidem ex ra-
tionibus seruitiorum feudalium atque natura
magistratum, qui nunc cum feudis iuncti
erant, receptum ac rerum iudicatarum auctori-
tate firmatum fuit, ut soli masculi in feudis im-
perii succederent. Omnium quidem filiorum
par et aequale ius erat, neque tameu non ma-
ior natu in feudis imperii maioribus, praeser-
tim iis, quibuscum munus publicum conju-
ctum erat, more maiorum eam praerogatiuam
habuit, ut munus patris cum nobilissima terri-
torii parte acciperet, fratribus tamen a succe-
sione non penitus exclusis ¹⁰⁾). In reliquis au-
tem feudis et principatis aequalis fuit omnium
liberorum successio, ipsorumque arbitrium,
vtrum in communione degere, an feudum vni
concedere, an in plura territoria diuidere mal-
lent, Conradus A, lege sua nullam neque cauf-
sam

sam neque ordinem successionis definituerat, igitur in Germania per interpretationem et rerum iudicatarum auctoritatem receptum fuit, ut omnis feudorum successio ex communione seu condominio repeteretur, et soli posteri, qui iure natalium hanc communionem adquisiverant, eius capaces iudicarentur. Atque tam stricta placuit POSTERITATIS lege Conradina definitae significatio, ut semper possessoris, cui succedebatur, in eadem definienda haberetur ratio¹¹⁾). Inde nouum manauit principium hoc tempore sine distinctione obseruatum, inter agnatos, communione feudi retenta, successionem quidem persistere, sed per quamcunque diuisionem feudi et communionem et successionem perire. Feudum diuisum nunc ad singulorum posteritatem quidem transibat, sed possessore absque successore feudi mortuo, reuertebatur ad dominum, agnatis, qui partitionem feudi instituerant, exclusis¹²⁾). Quam calamitatem ut euitarent gentes nobilissimae, aut communionem feudi retinuere, uno, qui vices omnium in fide clientelari subiaret, constituto, aut diuisionem ex priuilegio indulgentiaque domini instituere, aut spem succedendi codicillis Caesareis recuperauere. Neque tamen non multa exstant diuisionum exempla, quibus ista legis Conradinae interpretatio et applicatio familiis gentium illustrium valde perniciosa fuit.

β) De

β) *De expectantiis in feuda imperii.*

Cum inteligerent nobiles Principesque feuda saepius ad liberam Imperatoris collationem redire, inuestituramque talium feudorum esse insignem adquirendi modum, cauere sibi susque posteritati solebant expectantiis aut generatim conceptis aut in feudum determinatum directis. Itaque origines expectantiarum in hanc aetatem incidere puto¹³⁾. Quanquam enim olim iam Regum ac Principum mos fuit munus cum beneficio promittere atque certam adeo spem eius obtinendi concedere; talis tamen promissio et spes inde nata, expectantia dici non poterat. Haec enim fuit muneris, illa rei promissio. Imperatores in concedendis expectantiis indulgentes esse solebant, quia ipsi feuda aperta retinere nec poterant nec debebant, ideoque nihil interesse videbatur, utrum feudum iam apertum, an spem eius obtinendi concederent, ut taceam modo et merita erga Patriam remunerare et Principes sibi deuincire consueuisse.

γ) *De feudorum imperialium multiplicatione.*

Ipsa imperii feuda multis modis aucta et multiplicata fuerunt. Primum quidem oblationes allodiorum territoriorumque commemorandae sunt, exstant enim eius rei illustria exempla¹⁴⁾, ex quibus argumentari licet, Ducis Comitisque encomium in republica feudali ma-

F

itoris

ioris fuisse habitum, quam liberi domini, quamuis in singulis oblationibus propriae etiam adesse soleant causae, quas tamen expendere omnes, ab nostro opere alienum putamus. Deinde aucta fure feuda imperii dissolutione ducatum Saxonie atque Franconiae¹⁵⁾ vt taceam ex ducatu Bauariae insigne imperii feudum, Austriam, proditum fuisse¹⁶⁾. Itaque hoc aeuo status reipublicae Germanicae feudalis auctus efformatusque fuit. Diuisiones maiorum feudorum inter coheredes saepe etiam occasionem praebuerunt, vt feuda imperii multiplicarentur. Qui enim ex diuisione proprium territorium acceperant, inuestituram pro se et posteritate sua impetrabant, vt nunc tot feuda, quot partes maioris feudi factae fuerant, numerarentur. Tandem etiam accessit noua inuestitura. Reges enim Germaniae adhuc et villas et palatia et filias et munera publica et regalia viarum publicarum, vedi galium, aliarumque rerum possidebant, ex quibus feudorum imperii constituendorum et materia et occasio oriebatur¹⁷⁾. In primis bannum sanguinis, quod solius Imperatoris esse existimabatur, saepe feudi iure concessum fuit.

ð) De dominio directo feudorum imperialium.

Dominium quod vocant directum semper ad ipsum imperium Germanicum pertinere existimatum fuit. Feuda enim imperii primitus

ex

ex muneribus atque territoriis praediisque regni processerant, ideoque non potuit non ipsi Germaniae regnoue in munera, territoria et praedia sua dominium superius competere, Imperatoris autem fuit, haec omnia regere et in utilitatem regni administrare; a que omnino curae cordique fuit ordinibus regni, ut ius feudorum publicum seruaretur, ex quo causam intelligi posse arbitror, ob quam Imperatori necessitas fuerit imposita, ut ne feudum impērio apertum ultra annum et diem in potestate retineret sua¹⁸⁾). Imperii enim intererat quam plures habere vassallos, in distribuendis autem feudis ad imperium reuersis liberrima fuit Principis Augusti potestas.

1) Quando desierit obligatio militandi ex possessione praedii constituta, nondum inuestigauit, id certum, desissit post Conradum Salicu[m]. Dupliciter autem haec quaestio definiri debet, primum intuitu regni, deinde contentum territoriorum. Imperatori non competit esse ius euocandi subditos, sed obligationem militandi ad vassallos pertinuisse, multis exemplis et tota militiae ratione docemur. LAMBERTVS SCHAFNAB. ad annum 1075. apud PISTORIVM T. I. p. 218 de exercitu Imperatoris contra Saxones contracto ait: quidquid in regno Episcoporum erat, quidquid Ducum, quidquid Comitum, quidquid ecclesiasticarum aut secularium dignitarum, omnes summa vi, summa ope in hoc bellum enī conuenerant, nemo prorsus, nisi quem forte grauis admodum et omnino inexplicabilis, necessitas excusisset, aberat. Ex hoc loco pluribusque aliis simul intelligitur, Episcopos, Abbatesque a seruitiis regni feudalibus non immunes fuisse, idque ex seculi X. et aliorum monumentis, facile demonstrari potest. Itaque nulla mentione sit Dynastiarum, Indictio igitur, quam AVCTOR

p. 216. his verbis retulit : Rex omnibus, quae bello administrando necessaria erant, affatim prouisit iam et instruidit, solemniter editio, cunctis, qui in regno suo erant, expeditionem indixit in Saxoniam, de magistratibus vassallisque euocatis intelligi debet, atque id ipsum, quod p. 213. legitur, nostram interpretationem confirmat. Quod ad territoria attinet, duplex belli genus distinguendum est, unum, quod in vilitatem imperii suscipitur, alterum, quod in tuenda prouincia versatur. Ad illud soli vassalli obligati erant, ad tuendum territorium, ingruente hoste, omnes euocabantur, quae defensio terrae erat, Landwehr dicta. Haec ex pristina Francorum disciplina manauit, atque diu sterit, donec per lectos milites inutilis redditum fuit. Ex hac autem obligatione, quae etiam in castris muniendis et defendendis obtinuit, manauit obligatio ciuium et subditorum, ut tributa, quae defensio territorii exigit, absque contradictione praestare et delectui militari se sistere neantur. Caeterum licuit Principibus ad exercitum imperii vocatis, praeter vassallos, conducere milites auxilio, idque fieri solebat, ut Imperatori forti manu commendarent. Praeter alios, qui de defensione, quam Landwehr vocarunt, scripserunt, WESTPHALEN. Praef. T. IV. moniment. Cimbr. p. 63. multa ex mediis acutis tabulis attulit. Caeterum omnes subditi more majorum ad communem terrae defensionem clamore publico Waffengeschrey, Waffenruf euocabantur. Quare AVCTOR VETVS de Beneficiis cap. I. §. 56. eius minuit. cf. ANDR. HOFFMANNI Kriegsstaat P. I. p. 20.

- 2) Petrus, Hungarorum Rex, a suis expulsus ad Henricum III. confugit, qui ipsi non suppetias solum tulit eumque in regnum restituit, sed etiam in clientelam recepit. HERMANVS CONTRACTVS ad annum 1045. p. 326. Petrus Rex, inquit, Henricum Regem in festinante Pentecostes ad se inviatum magno paratu suscepit — eique regnum Pannonicarum, Principibus Vagrorum fidelitatem illi et successoribus eius iuramento firmaribus, redidit, quod ramen ab eo ipso dum viueret possidendum recipit. Coniunctionem illam realem perpetuamque fuisse — WIPPO coaeetus in vita Conradi Salici apud PISTORIVM T. III. p. 429. recte iudicavit. Itaque ipse

ipse Rex tutelae causa vassallus regni Germanici factus est. Sed non duravit haec clientela. Petro enim ob tyrannidem in vincula conseruo atque diademate regni exuto, expirauit clientela, quam nec Henricus aut eius successores redintegrare studuerunt. Ineunte seculo XII. Henricus, Princeps Venedorum, teste HELMOLDO lib. I. c. 34. ut sibi clientelam compararet, iuramentum fidelitatis et subiectionis Duci Saxonie Magno praestit, cuius rationes accuratius expendit RVDLOFFVS im Handbuch der Mecklenburgischen Geschichte T. I. p. 84 seqq. Caeterum clientelas pacis et amicitiae iungendae causa suscepimus pluribus tabulis reperire memini, veluti charta m. 1034. apud ZYLLESIVM in def. Abb. S. Maximini P. III. p. 45. an. 1156. ap. KREMERVM Hift. Gen. domus Naffou. app. num. CX. p. 176. an. 1313. ap. WÜRDWEIN. T. IX. nou. subs. dipl. p. iii.

- 3) Ex multis pauca exempla legam. Poppo Comes an. 839. ex vassallo regio vassallus ecclesiae Fuldenis factus traditur, secundum chartam Corp. Trad. Ful. no. 444. cui iungi potest charta an. 856. no. 475. AVCTOR ritae Meinwerci, an. 1010. apud LEIBNITIVM T. I. SS. Rer. Brunsic. p. 524. Bernhardus II. Dux Saxonie, inquit, homo Episcopi (Meinwerci) factus igit obsequium in omni fidelitate sibi exhibuit; LAMBERTVS ad an. 1062. Marcham, inquit, Otto frater eius (Wilhelmi) obtinuit, sed beneficia Mogunini Episcopatus aliter obtinere non potuit, nisi promitteret decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum et cacteros Thuringos, ut idem facerent, coacturum; BERTHOLDVS CONSTANT. in Chron. ad an. 1091. memoriae prodidit: Geberardus Conflantensis Episcopus et Apostolicae sedis legatus, Welphorum Ducem Baivariae per manus in militiam accepit, sicut et proprium fratrem Bertholdum, Ducem Alemanniæ, iam dudum fecit. Sequenti seculo tot exempla occurrunt, ut vix numerus iniiri possit. AVCTOR operis de Iuuania p. 512. Principes Archiepiscopi Salisburgensis vassallos, Ducem Bavariae, Austriae, Stiriae, Carinthiae, Comites Goerenses et Tyrolenses recensuit. Dux Bauariae feudum vexilli ab Episcopo Passauensi in subfeudum imperii accepit, secundum litteras an. 1218. apud LUNIGIVM T. I.

Corp.

Corp. Iur. Feud p. 439 idemque *Dux*, teste *charta an.*
1:28. c l. p. 1502. ecclesiae Bambergensis vassallus fuit.
*Plura huius temporis exempla dabit *LVEWIGIVS**
T. I. Opus Msc. p. 651. MOESSERV T. H. Hist. Or-
nab. Sez. II. p. 14. p. 130.

4) cf. *ECCARDVS A REPGOVIA Lib. I. Iur. Prou. art. 3.*

5) Antiquissimum exemplum feudi oblati, plerunque existi-
matur, quod *diplonate an. MLXX.* apud *SHOEPFLI-*
NIVM Alf. Dipl. T. I. num. 22. et *WURDWEINIVM*
qui *T. VI. non. subh. dipl. p. 242.* eandem chartam ex
autographo emendationem dedit, continetur, sed, ni fal-
lor, antiquius exstat in *tabulis an. 1061* apud *SCHAN-*
NATVM Cad. Trad. Fuld. p. 256. quibus Abbas ait:
suscepit a quadam nobili Viro Erenfrido et uxore Ruc-
la tale praedium, quale in prouincia Hessa, in Comi-
tatu Wernheri babebat, et econtra illis praecarium
praefti, quod expetebant; primum enim ipsi in castel-
lo Bingenheim coadunatis manibus tradidicrunt ad reli-
quias S. Bonifacii, et in manu Gerhardi aduocati
praediitum praedium cum XXX mancipiis sine omni
pacto vel conditione tantum pro sola fide, et ipsi morti
clientum se in manus nostras commundauerunt, et anno
bis quicquid in curte nostra Mursna ad manus nostras
pertinebat, suscepserunt in beneficium. Ipsi sunt testes,
qui hoc viderunt et audierunt. Vto Comes. Gerhart
Comes. Tanno Comes. Ramvolt Comes. Gorwin
Comes. Adalhart. Osprah. et alii quam plurimi.
Deinde cum ipsi ad nostram Curtem accessissent, et suos
nobis cum omnibus, quae ad eam pertinebant, in pro-
prietatem sancti Bonifacii redigendam, duarum ebo-
*madarum spacio reliquissent, venientibus nobis in vil-*lam Rantesbusan, praedictus vir, una cum coniuge sua,*
nobis obiam venit, et coram prouincialibus nostris praed-
dium, quod suum erat, a nobis in beneficium suscepit,
adiecta seruitutis condicione, ut pro eo nobis nosrisque
successoribus infra prouinciam, prout imperatum fuerit,
seruatur, sed sumptus vilissimum a nobis accipiat, et si
ipse prior vita decesserit, praedicta vxor eius viraque
beneficio potestatiue usque ad terminum vitae sue fru-
tur, et si, quod absit, ab aliqua iniusta potestate eis
*hoc concuento infringatur, quod suum erat, ad eos re-**

vera

vereatur. Seculo XII. per quam multa occurunt exempla, in quibus colligendis operam omnino laudabilem posuit BISCHOFFIVS *Comment. de feudis oblatis historico* §. 43. seqq. *Charta an. 1158.* quam praepter HONTEMIVM T. I. Hist. Treu. p. 526. edidit KREMERVS in *Historia Genealogica domus Nassauicae app. num. CXIII.* treuirorum Praeful post oblationem, castrum Nassiuwe, in feudum ligium et aperibile concessit. Nexus feudalis ab hoc tempore ad nostram usque aetatem perficit, qui tamen ultra arcem Nassau proferri non debet. Nec silentio praeterire possum oblationem Hartmanni, Comitis Kiburgensis an. 1244. apud HERRGOTT in *Codice Prob. ad Hist. Austr. dipl. num. 337.* ecclesiae Argentinac factam.

- 6) *Tabulis an. 1190.* apud LÜNIGIVM T. I. Corp. Iur. Feud. p. 1455. Comes de Wied castrum suum Achiepiscopo Coloniensi obtulit tali lege: ut idem Comes et uxor sua feodali iure a nobis et successoribus nostris receptum possideant, et omnes successores hereditarii eiusdem Comitis utriusque sexus sumiter, tanquam alodium, excepta filia sua, uxore Brunonis de Isenburgh, quam nobis praesentibus statuta et data pecunia ab omni successione hereditaria tam mobili quam immobili exclusit, et quod idem castrum a successoribus suis nulla possit occasione alienari, sed in cuius heredum suorum partem hereditatis decuenerit, a nobis vel successoribus nostris absque omni mune: un donatione, et eo, quod vulgariter Heergewede dicitur, recipiat. Et si forte is, cui idem beneficium castri collatum est, propter aliquem excessum, illud retinere demeruerit, qui proximus illi in cognationis linea fuerit, sine sexus acceptatione, sicut praedictum, in dominium prae nominatae castri succedat. Comes de Kiburg charta anno 1244. apud HERRGOTT. in codice probationum ad Historiam Austriae diplomaticam num. 337. omnes res immobiles suas ecclesiae Argentinensi donavit, ut ipsi in feudum feminimum redderentur; ibidemque num. 338. eodem anno Rudolphus senior, Comes de Habsburg, Abbatissae Turicensi collem cum omni iure tradidit — et iam dicta Abbatissa ipsum Comitem praediſto collecum suis appendicis — insuper quibusdam aliis suis

possessionibus — iure hereditario, quod sibi suisque successoribus inconcussum manet, infeudavit. *Charta anni 1195. apud SCHATENIVM T. I. Annal. Paderb. p. 97.* in castro oblatio Dynastae Burani non promiseam solum sibi stipulantur successionem, sed redditus etiam varios, adduntque: promiserunt etiam Episcopis et ecclesiis Paderbornensis, ut nobis promptum et efficax auxilium cum suis beneficiis et expensis adhibeant in iuriis causis nostris et in quibus volumus iuri parere. —

7) Vnis tabulis etiam hunc locum illuftrabo. Exstat apud GERKENIVM T. III. Cod. Dipl. Brond. p. 6. num. X. instrumentum, quo Marchiones Brandenburgici Archiepiscopo Magdeburgensi offerunt — ad reconciliandam nobis nostri clementiam redemptoris pro animarum nostrarum et propriae salutis profectu, ut orationum, quae ibidem iugiter sunt, participes reddremur. HENRICVS VI. A. anno sequente per chartam codem aucto-
re editam confirmavit oblationem statuitque: transacto anno et sex hebdomadis a tempore collationis ipsius, con-
cedet in feodo et restituet eis vniuersitatem oppida, quam
et castra. Praediū vero Marchio et frater eius tota
illa bona, quam ea, quae prius de Magdeburgeri ec-
clesia tenuerunt, si problem habuerunt, in virtusque se-
xus personas, tam filios, quam et filias, sine quodcumque
fuerit, transmittent, qui et si aetatis minoris fuerint,
bona tamen omnia cum omni iure et eo, quod ante-
zelle vocatur, habebunt, in successoribus vero primis
prolis secundum distinctionem feudalis institutae procede-
tur. Quam multa capita iuris feudalium hoc uno diplo-
mate illustrari possint, peritis rerum feudalium mox pa-
tescit. Memorabilis est charta an. 1194. apud HONT-
HEMIVM T. I p. 28 cuius excerpta dare non vacat,
ex illa autem illustre exemplum moris, quem tradidit
IUS PROV. SAX. Lib. I. art. 34. intelligitur. Quae-
dam alia exempla dabunt ORIGG. GVELFICAE T. IV.
Lib. VII. p. 50. n. 666. licet eum vniuersalem fuisse
non dixerim.

8) Successio in feudis aduocatiae charta HENRICI IV. an.
1073. apud MEICHELBECCIVM T. I. Histor. Fris. p.
265. his verbis memoratur: obtinuit quoque monasterio
liberam Abbaris electionem, baptismum, sepulturam, et
viii

ut Aduocatum non habeant, nisi quem velint, quia iam legitima successio Aduocatorum cessaverat, mortuo sine liberis filio et ad filios filiae ius illud non pertinebat.
 Add. instrumentum anni 1163. T. I. p. 360. In monumento an. 1109. apud GERKENIVM T. I Cod. Dipl. Br. p. 4. Aduocatio conceditur tali lege: *ut inter filios suos filiorumque filios et deinceps cacevos posteros ex masculino sexu natos obtineat, quod si in posteritate heredum masculinus fixus defecerit, potestas eligendi Aduocatum in ius Abbatis fratrumque redeat.*

- 9) MONACHVS WEINGARTENSIS in echronico ad an. 1191. apud LEIBNITIVM T. I SS. Brunfu. p. 793. *Welfo*, inquit, *Dux illustrissimus, Wingartenfi coenobio duas curias hereditario a se iure possissas contradidit — et insuper beneficia, quibus vassalli sui in beneficiati erant, ea conditione dedit, ut ipsi iisdem beneficiis, dum vivunt, vrantur, successores vero eorum, nisi secundum velle Abbatis et fratrum de his nihil hereditabunt.* Difficilis explicatur locus hic quibusdam visus fuit, sed hereditate feudorum constituta, domini interdum sibi cauere solebant, ut ne ius feudi ultra vitam clientis porrigeretur. WÜRDWEIN T. IX nou. subs. dipl. p. 169. talis contraclus tabulas anno 1320, compositas edidit.
- 10) HERMANVS CONTR. ad annum 1043. *Luidpal-*dus, inquit, *Adelberti Marchionis filius primogenitus — a Rege Marchio promotus.* De palatinatu ad Rhenum exempla dabit TOLNERVS in Hist. Palat. p. 25. et p. 267. In Thuringia idem obseruauit LAMBERTVS SCHAFFN. ad annum 1062. Pluribus exemplis hoc ius more majorum receptum declarauit HOFACKERV in libello: *de originibus et fatis successio-*nis ex iure primogeniturae (Goett. 177. 470) Tabulae an. 1248 apud MEERMANNVM in codice dipl. ad vi-tam Guilielmi R. num. XXVI. hoc loco praeteriri non debent, Rex ait: *Fideli nostro Hugoni de Riednegk ex speciali gratia indulgemus, quod bona, quae ipse tenet a nobis in feudo, post decesum suum senior ex heredi-bus suis valeat sub eodem iuris titulo possidere, adiecto tamen hoc nostrae gratiae articulo, quod si dictum se-niorem ex heredibus praedi*lli* Hugonis sine filio herede*

mori contigerit; praefata bona de uno ad alium aetate maiores liberorum saepe dicti Hugonis denouentur sub feodi titulo possidenda. Inde explicandus est locus IVRIS FEVD. SAX. cap. XX quo feuda vexilli pro individuis habentur, atque IVS PROV: SVEV. cap. XXI no. 3. edit. Senkenb. Munus enim Ducis, Marchionis, Comitisque diuidi non poterat, ideoque vni dabatur, quemadmodum omne munus sua natura individualium est. At enim allodia aequaliter partiri licuit, et si Princeps plura territoria reliquerat, absque calumnia inter coheredes diuidebantur, ideoque non deesset solebant bona ac redditus, quibus iuniores liberi sustentarentur. Conradus, Marchio Misnenfis, terras suas ita inter filios, secundum Annales Vetero - Cellenses apud MENKENIVM T. I. SS. Rer. Sax. p. 381. et CHRONICON Montis Sereni ad annum 1156. distribuit, ut Otto maior natu Marchiam Misnensem, Fridericus Luficensem cum castro Henburg, Dedo tractum Rochlensem, Henricus Comitatum Wettinensem, Fridericus Brenensem acciperet, senior autem Aduocatian monasterii in monte sereno administraret. Mortuo Bernardo primo Saxonie Duke ex gente Ascania, duo eius filii Albertus I. et Henricus, illoque mortuo, iterum Albertus II. et Ioannes divisionem instituerunt, ita tamen ut ducatus pro individuo haberetur, quod ME PRAESIDE expli- cavit APELIVS in libello I. Historiam et Iura suffragii Electoralis Saxonici — complectente Lips. 1789. 4to.

- 11) AVCTOR de Beneficiis cap. I. §. 24. IVS FEVD. SAX. art. XXI. IVS FEVD. ALEM. cap. XXIII. §. 2. probations dabunt. Exceptiones ex pactis dari nemo dubitabit. Episcopus Paderbornensis circa annum 1105. apud SCHATENIVM T. I. Annal. Pad. p. 905. in feudo oblatu successionem ita definit: *si sine filiis legitimis vel filiabus saepe dicti fratres, Comites de Arresberg deceperint, proximi heredes, qui succedent in patrimonium praedicto modo ecclesiae collatum, succedent in idem feudum in præscripta lege ac onere seruitti.* Aliud exemplum p. 906. legitur.
- 12) Ingentem exemplorum vim ex historia medii aëui enarravit AVCTOR trium Epistolarum hoc rubro: *Die Rechte der Todtheilung — 1778. et 1779. 4to.* Ex codice

éodem iure Sigismundus A Electoratum Saxonie pro feudo imperii aperto habuit inque Fridericum Bellicorum Misniae Marchionem confulit; quod uberioris ME PRAESIDE, CAROLVS VAN DFR IAHN in libello: de Ducatu atque Electoratu Saxonico -- in Fridericum Bellicorum collato Lips. 1793. 4to tradidit.

- 13) De usu testantur AVCTOR de beneficiis cap. V. §. 27. et 84. IVS FEVD. SAX. cap. XI. LI. et LVIII. IVS FEVD. ALEM. cap. XIII et cap. XVIII. In Italia CONRADVS II. an. 1029. apud VGHELLIVM Ital. Sacr. T. II. p. 208. Parmentum ecclesiae promisit comitatum Parmensem, si Comes sine filio deceperit, aut filius sine herede feudi. Antiquissimum exemplum in Germania HENRICVS III. A. secundum ABBATEM VRSERG. in Historia Henrici IV. p. 168. praebuit, qui Bertholdo Zaringiae Comiti Ducatum Sueviae spondit, licet haec promissio eventu carverit. *Chara anni 1204.* apud BVTKENS. Troph. Brab. p. 55. aliud exemplum Philippi A. refertur, et apud LVDEWIGIVM T. II. Dipl. p. 220. FRIDERICVS II. tutori ius habendi feuda pupilli concedit, si absque herede legitimo moriatur. Propter felicem euentum valde celebrata est expectantia ciusdem FRIDERICIA anno MCCXXXIX. Be-neuenti, Henrico Illustri Misniae Marchioni in Thuringia Landgrauiatum palatinatumque Saxonie concessa. WECKIVS in obr. Dresd. p. 153. LUNIGIVS P. Sp. II. Cont. 4. p. 177. HORNIUS in Henrico Illustri p. 304. pluresque alii apud SCHOETTGENIVM Inuent. Dipl. p. 85. excitati, formulam dabunt. ALBERTVS STADensis ad annum 1144. expectantiae Henrico Leoni ab Archiepiscopo Bremensi datae meminit. Vtrum iure lieuerit domino indulgere cuidam certam successionis spem in feudo, apud Longobardos et Germanos quaestum fuit, sed praeualuit id ipsum licere, quanquam id neget IVS ALEM. cap. 19. in cuius dissensionis caussas inquisivit IOACHIMVS, quaedam alia obseruata reperies in KOENIGII Corp. Iur. Germ. T. II. P. II. p. 88.
- 14) Praeter Regem Hungariae, qui regnum Henrico III. obtulit et iure feudi recepit, quod not. 2. narravimus, Rex Danorum Canthus regnum Daniae Friderico I. in comitis Merseburgensis obtulisse traditur. In codicillis

cillis enim an. MCLII. apud SCHATENIVM P. I. An-

nal Paderb. p. 793. et LVDEWIGIVM T. II. Metorum
p. 191. legitur: *tesses vero hi affuerunt; Sueno Rex Dan-*
vorum, qui ibidem regnum suscepit de manu Regis,
Knutt alter Danus, qui ibidem regnum in manu domini
Regis refutauit. At enim haec refutatio pro feudi
oblatione haberi nequit. Fridericus I. item de successione
in regno Danie definierat, ita, ut Canutus qui-
busdam prouinciis contentus, Petro, qui et Sueno voca-
tur, regnum concederet, quod hic fidelitate et homini-
no praefatis a manu Regis suscepit. Locos scriptorum
dabit HAHNIVS in Hist. Imperat. T. III. p. 248. de
nexu autem feudali inter Germaniam et Daniam nota
est inter vtriusque regni scriptores controversia, quam
LVDOVICVS DE HESS. in opere: *Historischer und*
statistischer Beweis, dass Dännemark dem deutschen
Reiche Lebnpflichtig und zinnsahr gewesen sey. Prf.
1777. & vo optime tradidit atque HOFFMANNVS in *Iure*
Publico, quod interregni magni temporibus obtinuit
§. IV. dubitandum esse negat, quin Fridericianorum et
interregni temporibus, perturbatio Germaniae commo-
dam Danis occasionem praebuerit negligendi et rescin-
dendi nexus clientelaris cum imperio Germanico.

Feuda ex hoc aeuo oblata sunt Pomerania, quam
Bogislaus I. cum Casimiro fratre anno MCLXXXI. a
manu Friderici I. in castris Lubecensibus recepit, de
qua re OTTO FRIS. Lib. VII. c. 19 CRANZIVS in
Vandalia Lib. VI. c. 14. et CONRINGIVS de finibus
imperii cap. XVI. dixerunt, ipsae tabulac, quantum
equidem memini, aut oblationis aut inuestiture, non-
dum editae fuerunt. Principes Pomeraniae adhuc vas-
falli Ducum Saxoniorum fuerant, quod SCHWART-
ZIVS im *Verfuch einer Pommerisch- und Rugianischen*
Lehnshistorie T. I. retulit siveulque p. 112. de rationib-
us Friderici I. bene disputauit. Otto Puer, nepos
Henrici Leonis allodium parentum suorum Friderico II.
anno MCCXXXV. tradidit, recepitque iure feudi. Ta-
bulas praeter MEIBOMIVM T. III. SS. Rer. Germ. p.
296. aliasque, exhibent ORIGG. GVELF. T. IV. p. 49.

- 15) Principes Pomeraniae et Mecklenburgiae, Comites Hol-
satiae aliasque, ducatus Saxonici fuisse vassallos constat,
hos

hos omnes autem, proscripto Henrico Leone, immédios imperii vassallos evasisse, historia docet, cf. RUDOLPH LOFF *pragmatisches Handbuch der Mecklenburgischen Geschichte* P. I. p. 84. seqq. Quo tempore ducatus Franconiae solitus fuerit non disquirro, subiectos Ducis, extincto ducatus munere, proxime imperio fuisse subditos, nihil dubitationis habet, cf. HAEBERLINIUS T. II. Hist. Imp. p. 360. IOANN. DAVID. KOELERI *diff. Fata Ducatus Alemanniae et Sueviae* — 1744. recula.

- 16) Notae sunt *tabulae* FRIDERICI I. A. an. 1156. Ducis Austriae datae apud SENKENBERGIVM de *usu iurium Germanicorum* p. 125. aliasque plures,
- 17) Quam late pateat munerum iuriumque inuestitura, siue feorism siue cum aliis feudis fiat, neminem fugit. Initia in hoc tempus incidere et monumenta fide digna et nova regni Germanici formula docent. Quae enim muneris ducatus et comitatus perpetuane Regis delegacione comprehensa non fuerant, Imperatores sibi vindicare studebant, Principibus territoriorum contra nitentibus, ideo etiam in his controversiis sepe ea lege inita fuit transactio, ut ipsum ius litigiosum iure feudi daretur. FRIDERICVS II. anno 1191, apud AETTENKHOVERVM in Hist. Duc. Bau. num II. p. 159. ait: *de mera liberalitate nostra donamus sibi (Duci Bauariae) et heredibus suis et in certum feudum concessimus omne genus metalli, tam in auro et argento, quam in aliis, quod in terris patrimonii et feudi sui fuerit repertum cum omni iure et utilitate inde proueniente et quam nos et imperium percipere deberemus.* Iura metaliorum dominio territorii tam pleno, quam utili ab antiquissimis temporibus comprehensa, deinde post successiōnem feudorum introducētam ab Augustis in dubium vocata, tandem iure quodammodo postliminii Principibus restituta fuisse, pluribus documentis demonstrauit in libro: *de natura et indole domini in territoriis Germaniae* — lib. II. cap. II. §. XXV.

18) cf. IUS PROV. SAX. lib. III. art. 53. et ALEM. cap. XXXIII. §. 3. edit. Senkenb.

§. 10.

De incrementis feudorum prouincialium.

Vis militiae et tutelae territorialis per hoc tempus magna ex parte in vassallis reposita fuit. Ante successionem feudorum duplex erat militia, vassallorum et subditorum, illi tanquam corporis custodes et selectus militum Principem et dominum circumibant, hi contra pedestrem exercitum, penes quem robur belli erat, constituebant. Excoleuit paulatim et nifallor inde ab Corrado I. A. haec subditorum obligatio; praeualuit enim militia equestris propter longinqua puto bella et feudorum successiones, neque enim Principibus territoriorum ius cuocandi subditos ad bellum extra territorium competit, liberior contra in vassallos, beneficiarios suos, potestas, ut hos augere e re videatur. Cum autem multis militibus opus esset, nec tam ampla beneficiorum suppeteret materia, ministeriales armis forte iam a teneris adfueri, simul castra sequi coeperunt, quo factum est, ut ius feudi et militum nanciscerentur. Tandem quoque depraedationum aut repellendarum aut inferendarum gratia arcas et castra vbiunque locorum muniri solebant, opus igitur erat milite praefidario, qui more seculi beneficiis iure feudi datis conducendus et inuitandus videbatur. Itaque factum est, ut omnis Germania fide nexuque clientelari sustineretur. Sed breui de singulis dicam.

ad) De

a) De feudis militum vassallorum.

Successio militum in beneficiis iam extra dubium posita fuit, atque hoc ipsum ius, ius militum et feudale dici coeptum¹⁾. Dominis quidem et proprietas feudi et potestas imperrandi vassallis competiit, id oque et beneficii alienationem ipsorum consensu fieri, vassallosque ad seruitia euocatos sub iactura feudi adesse oportuit. At enim subditis ac ciuibus ab obligatione militandi solutis, equites vassalli, totam fere militiae vim in manu sua collocata sententes, maximam sibi in ipsos Principes, territoriorum Rectores, arrogarunt auctoritatem et regiminis potestatem, ut domini saepe ab eorum arbitrio penderent²⁾. Quare pactis conuentis multas sibi praerogatiwas stipulati sunt, puta, ut sumtibus dominorum militarent, ut ne extra fines territorii, nisi liberò consensu, ducerentur, immunitatem quoque a tributis iam his temporibus incepisse³⁾ arbitror. Atque ipsi adeo, qui materiam beneficiorum habebant, alios sibi constituerunt vassallos, quos aut suae defensionis gratia alerent, aut merendi feudi maioris caussa domino suo adducerent⁴⁾. Reliqua feudorum iura, ut successio ex communione oriaretur, par tamen omnium filiorum ius esset⁵⁾, ut feuda propter delictum vel defectum successorem ad dominum redirent, ideoque aut ex libera domini voluntate aliis concederentur, aut iis, qui jus

ex

ex promissione domini iam nacti fuerant, darentur, in feudis priuatis eundem sere in modum atque in feudis publicis obtinuerunt, ideoque in iis recensendis et probandis non morabor.

3) *De feudis ministerialium.*

Valde ampliatum fuit institutum ministerialium. Duces enim, Comites, Dynastae, Archepiscopi, Episcopi, Abbates atque adeo Nobiles et Praelati iam ministerialium splendore gaudebant, atque ex superstitione seculi summi adeo Principes sibi honori et saluti duecabant in aulis Episcoporum ministeria obire⁶⁾. Ministeriales regni, nec non Archiofficiales Principes, nunc Vicarios sibi ordinare et quemadmodum ipsi iure feudi ministerium suscepere, ita eodem iure vices suas aliis demandare coeperunt⁷⁾. Idem etiam Duces, qui ministeria Episcoporum obibant, fecerunt, quamvis ipsos in solemnitate aulae ministerio fungi oportuerit.

In beneficiis, certe maiorum ministerialium Dapiferi, Pincernae, Mareschalli et Camerarii successio constituta et recepta fuit⁸⁾ in reliquis varium ius, praesertim in aulis Principum ecclesiasticorum, repemimus, eaque de causa regula definiri nequit. Ex illa successione novum feudorum genus natum, scilicet feuda aulica, variis in ipso Principis palatio iuribus priuilegiisque exornata.

3) Be.

- 1) Beneficium iure militum tenere *charta anni 1070.* apud MOESERVUM T. II. Hist. Osnabr. app. num. 25. occurrit, et in alia *charta an. 1128.* apud KINDLINGERVM T. II. p. 167. *feodale ius seu hereditaria successio pro iisdem habentur.*
- 2) LAMBERTVS ad annum 1071. *Meginwardus,* inquit, *Abbas Augiensis, dignitate sua vitro se abdicauit tum INFESTATIONE QVORVNDAM SVORVM MILITVM, tum importunitate Regis, qui frequentibus eum edificiis urgebat, ut praedia monasterii — militibus suis (Caefaris) in beneficium erogaret.* Exemplum addam. Henricus III. iniunxerat Abbat S. Maximini, ut militi cuidam beneficium daret, quium autem Abbas hac de re apud Pontificem Romanum questus fuisset, Princeps quidem *charta anni 1051.* apud HONTHEMIVM T. I. Hist. Treu. Dipl. p. 389. rem retrahauit, sed sine effectu. Vassallus enim feudum retinuit, et Abbas tabulis an. 1084. apud ZYLLESIVM Def. Abbat. S. Maximini P. III. p. 45. ait: *in ipso momento, cum mibi data esset Abbaria a Domino Imperatore III. Henrico, multis praesertibus, ab eodem conuictus et ipsius auctoritate ad primam eius petitionem nimium conseruatus, illud maximum bonum de Brechena, cuiusdam fidei suo, Anselmo nomine, non sine multis lachrymis in praesentia ipsius Imperatoris mea manu usque in finem duntacat vitae suea praeliterim.* Seruientes itaque exceperimus, quos Domina Wendela, dum ipsam curtem S. Maximino tradidit, habeat, quos Scaremannos vocamus, qui cum viginti mansis terrae a nobis renti sunt, et nullatenus ipsi beneficio adiuncti. Hi enim nobis in curte S. Maximini, et ubi opus fuerit, cum ceteris nostrae familiae militibus seruire debent, nullique aduocato, vel domino debent obedire, nisi nobis, nec alicuius, nisi parium suorum subiacere iudicio. — Post mortem Anselmi, cum iam sperarem, imo securus essem, praedictum bonum ad ecclesiam debere redire: ecce vxor illius, et Guntramus filius eius, et Gerlach, et Otto, et omnis illa parentela praedictum Imperatorem adierunt, et, ut hoc ipsum bonum Guntranno, filio eius praestarem, assiduis precibus pulsando, vix tandem impetrarunt. Postea vero, orta seditione

inter me et Archiepiscopum Eberhardum, cum rei ita poposceret necessitas, ut castrum S. Maximini custodire et munire deberem, eidem Guntranno, ut ad me ventiret, et infra castellum nostrum cum suo sumptu, excubias faceret, usque tertio mandani, sed nullo modo efficerere potui. Tandem ad ultimum post legitimas iudicias eum ad rationem posui, et iusto iudicio suorum patrum beneficium, quod ex me tenebat fere, ei auferre debui; sed obtenuit Domini mei Imperatoris, quia ipse pro eo intercesserat, tali modo eum placitare permisit scilicet ut ex praedicto bono duodecim mansos ibi ecclesiaeque redderet, et deinceps singulis annis duodecim porcos saginatos, et totidem canisaliam fratribus pro vestitura persolveret, et quam diu hoc faceret, beneficium suum libere teneret; si vero, aut ipse in vita sua aut aliquis suorum successorum hanc constitutionem a nobis et a fratribus ecclesiae factam, et ab eo collaudatam infregerit, illico torum beneficium perdat, et ipsum bonum cum omni integritate sua ad ecclesiam redeat.

- 3) Archiepiscopus Moguntinus an. 1266, apud GVDENVM Ced. Dip. p. 716. ait: milites etiam et quilibet de genere militari manentes in castris, oppidis sine villis nostris debent esse liberi — — penitus AB EXACTI^O NIBVS QVIBVSCVNQVE et dimittentur in omni fidei honore, sicut temporibus progenitorum tuorum fuerunt Vnum locum addam. TABVLIS an. 1280, apud WESTPHALEN, T. II. Moniment. Cimbr. p. 208. Ioannes Saxoniae Dux, postquam duelli loco purgatorium in Rabeburgensi territorio constituit: recognoscimus, inquit quod nos nec heredes nostri nobis succedentes nullam in bonis liberis nostrorum vasallorum debemus facere petitionem sine exactiōne aliquam de cetero violentiam sed prorsus praedicta et liberi homines praedictorum vasallorum nostrorum absque aliqua exactione sine petitiōne specie deinceps remanebunt. STRVBENIVS T. II. Horar. Subsc. p. 337. plura dabit, sed causam veram §. XII. non satis lucide expressit, quam praeter SCHWARTZIVM in Historia Rugiae et Pomeraniae feudali p. 146. et 147. accuratius tradidit LEDDERHOSE T. III. der kleinen Schriften p. 294. Origines et antiquitates inuestigavit WESTPHALENIVS Praef. T. IV.
Mon.

Mon. Cimbr. p. 84. Orbeta, inquit, praefatio est fundaria a praediis seu fundis, quibus inhabet annuarim soluenda domino territoriali. Aequa et antiquissima sola et simplex olim fuit contributio, deinde quidem variarum praefationum accessionibus multiplicata nosisque dumum exactiōnū rationib⁹ et modis adiecta praecipue ex eo tempore, quo introducto milite stipendiario et mutato tum in imperio tum in territorio pacis bellique et iudiciorum statu redditus Principum et ordinariae ex domaniis, praediis et fundis praefationes hanc sufficerant tuendis commodis eorum statuque publico et regimini sustinendis. Deinde plura alia addit atque in notis subiunctis more suo, insigni eruditiois apparatu illustrat et probat. Quod ad originem vocis Orbete seu Vrbete attinet, p. 85. nec a Saxonico bie- ten, imperare, indicere, nec a bitten, rogare, derivari posse censem, sed ab Anglo-Saxonico et Vandalico h. est Gotico Baeta vel Baete, pascuo, area, fundo, gleba. Ipsa vox hodieque superest, frequentemque eius usum in Lusatia animaduerti, sed an precoriae inde nomen acceperint, omnino dubito. Vox Bede a beete mihi dispare, haec ex Teutonico orta, illa ex versione verbi latina expressa videtur. Centus enim, qui iure domini a colonis exigebantur, a tributis liberorum hominum, precoriae appellatis, discerni debent. CAROLVS M. Capital. an 801. cap. 66 audiuimus, inquit, quod iuniores Comitum vel aliqui ministri reipublicae sive nonnulli fortiores vasilli Comitatum aliquas redhibitiones vel collectiones, quidam per paſtum, quidam etiam sine pasto, quasi deprecando a populo exigere solent, quae omnia nobis ab omni populo insie remouenda esse videntur — potentioribus autem vel ditionibus ex spontanea tantum voluntate vel mutua dilectione volentibus solertia praestare minime prohibemus Itaque mos antiquus fuit exigendi tributa voluntaria, seu rogandi collectas, nomen igitur a re petitum, retentum autem postquam ipsa praefatio in necessitatem abiit cf. HEENEMANNVS libello laudato, GERKENIUS T II. der vermischt Abhandlungen num. IV. et qui no- vissime ediderunt LANGIVS historische Entwicklung der deutschen Steuerverfassung — Berolini 1793. atque GVL. L. B. DE VLMENSTEIN Versuch einer Eina-

leitung in die Lebre von Steuern und Abgaben, Erlang. 1794. 8. Script etiam STUNDECK über die Steuerverfassung in deutschen Reichslanden Duisburgi 1794. nec tamen priorum laudem affecutus est.

- 4) SCHANNATVS Corp. Trad. Ful. p. 253 chartam. an. 1048 edidit, qua cauetur; ut (Werenhardus) pro eodem beneficio singulis annis, sicut et alii milites, serviret Abbari et in expeditionibus CVM SEX SCVTIS militaret. Origines obseruae sufficiat, infra pluribus huius rei historiam persequar.
- 5) RICHARDI R. constitutio apud GOLDASTVM T. III. Conf. Imper. p. 405, neminem confundere, postquam GEBÄVERVS in Richardo p. 372. eam esse spuriam demonstrauit.
- 6) BVDERVS in diatr. de fendif officialium hereditariorum procerum et proutinctarum regni Germanici lenae 1736. 4to ex diplomatis aliisque medii aevi monumentis hoc institutum illustravit. Omnibus aliis honore Ministerialium antecellit Episcopatus Bambergensis, constat enim quatuor Archiofficiales imperii esse in ministerio Episcopatus Bambergensis. Origines huius rei incidere in medium aevum, nemo dubitat, ex genuinis tamen atque coaeuis testibus neque cognoui historiam, neque tradere valeo. Ipsa res ex moribus medii aevi haud insolens est. Etenim, Archiepiscopo Salisburgensi ab iisdem ministeriis sunt Duces Austriae, Stiriae, Carinthiae atque Bauariae, quod AVCTOR de Iuuania §. 322. p. 493. illustravit. Rudolphus R. an. 1281. constituit adeo; quod si aliquis officialis eiusdem ecclesiae Salzb. siue Camerarii siue Marscalci aut Pincerna vel Dapifer, relictis pluribus heredibus masculis, ab hac luce deceperit, maior natu siue senior filius patri in officio debeat succedere ac praedictum officium deseruire. SCHANNAT. in Client. Ful. p. 370. prob. num. 66. chartam an. 1291. assert, qua Albertus Thuringiae Landgravius et Saxonum Comes Palatinus ait: officium Pincernatus, quod a venerabili Domino nostro Heinrico Fuldensis Ecclesiae Abbe, et ab ipsa Ecclesia in feodo habemus, Ludouico de Schenkewalde titulo contulimus iusti feodi, cum etiam ipsum officium sui praedecessores

a no-

a nobis in feodo tenuerunt iam longis temporibus re-
trocis, de quo ipsum indigeni tempore volumus ma-
randare, et ut hæc nostra collatio semper firma maneat
et illæsa, ipsi nostram litteram inde confeclam dedi-
mus, nostri sigilli appensionis robore solidatum.

- 7) Quando incepérunt Archiprincipes ministros sibi lege feu-
di ordinare, qui in solemnibus Caesarum curiis functio-
nes obirent, certis monumentis nondum intellexi.
PFEFFINGERVS T. III. Vitr. Illuftr. p. 796 seqq.
more suo plures conquisiuit tabulas, nec tamen, id quod
quaerimus, inde definiri potest. Conradum Salicu[m] sibi
aulam ordinasse, supra diximus, idem ab aliis impera-
toribus sub auspiciis regni factum esse, memoriae pro-
ditum non est, ideoque ex hoc silentio atque heredita-
ria munerum illorum successione intelligere mihi videor,
a successione feudorum recepta Archiprincipes sibi ius
vindicasse substituendi ministros. Mareschallorum he-
reditariorum, Dominorum de Caledin, antiquissima est
memoria, LVDEWIG. Comment. ad A. B. T. II. p. 312.
ex tabulis an. 1137. Heuricu[m] Mareschalculum de Pappen-
heim eruit, et charta anni 1195. apud GERKENIVM T.
III. Cod. Dipl. Brand. p. 58. occurrit Henricus Mar-
schaleus de Kalindin, atque omnino bonis officiisque ab
Imperatore Henrico VII. an. 1197. teste charta apud
LÜNIGIVM P. I. Spic. Secul. p. 814. inuestiti fuerunt,
licet Mareschallatus nulla fiat mentio. Henricus Mar-
schaleus de Callindin in charta Ottonis IV. R. R. an.
1209 apud WÜRDWEIN. T. X. nou. Julf. dipl. p. 246.
etiam commemoratur, ex quibus successionem omnino
intelligimus, sed de nexus clientelari inter Mareschallum he-
reditarium et Principem Electorem Saxonie nullius mo-
nimenti ex hoc tempore memini. CAROLVS IV. A. B.
cap. XXVIII. §. 1. ait: cum ipsi Principes Electores
cunctis imperiali curiae praesent officiis, suos etiam ha-
bentes in officiis huiusmodi substitutos, datos ad hoc a
Romanis Principibus et dotatos — Ultima verba ex
traditionibus hausta lumine egent. Vicarios enim mu-
nerum a Principibus Electoribus dari comfata. At vero
olim officiales hereditarios ab Imperatoribus constitu-
tos et beneficiis exornatos fuisse, omnino certum.
OLENSCHLAGERVS ad A. B. Caroli IV. p. 375. idem

enset, consentitque HAEBERLINIUS T. II. His.
Imp. p. 222. Prob rionis causa exemplum addam. Apud
GRÜSNERVUM P. III. der dipl. Beyträge p. 157 memo-
ratur Ulricus de Mynzenberg, imperialis aulae ministerialis. Gens Mynzengerorum munere hereditario
Camerarii ab Augustis inuenita circa annum 1256.
emortua fuerat, Rex Richardus eodem munere pluri-
busque feudis anno 1257 inueniuit Philippum de Fal-
ckenstein apud GRÜSNERVUM p. 188. ex quibus et ille
locus Aureae Bullae optimum lumen capi et intelligitur
officium Camerarii hereditarium isto tempore adhuc
feudum imperii fuisse. AVCTOR commentationis: die
Lebensabhängigkeit des H R R Erbmaßschullamis der
Grafen von Pappenheim von dem Churbause Sachsen,
inde ab anno 1410. clientelam probauit, sed isdem tabulis
dicitur eandem iam centum et quinquaginta annis retro
obtunuisse. RUDOLPHVS I. R. tabulis anni 1290.
apud SCHATENIVM T. II. Annal. Paderb. p. 169.
ait: hiis rei testes sunt Illustris Albertus Dux Saxo-
niae Princeps et filius noster dilectus, Nobilis viri
Fridericus Burgyanus de Nuremberg — — — Srenus
viri de Pappenheim Marschalculus Curiae nostrae et —
— — magister curiae nostrae.

¶ Regnante Friderico I. successio ministerialium praeualuit
antiquiora tamen et iam regnante Henrico III. appar-
tent vestigia. Hic enim anno XXXXVII. apud LEIB-
NITIVM SS. Rer. Germ. T. II. p. 304. Annal. Corbei
ad an. 1047. constituit: ne quod ecclesiae officium, praet-
er quatuor maiora, esset perpetuum Legem genera-
lem et annum, quibus generatim recepta fuerit succe-
sio, demonstrare non possum. Videlur consuetudine
paulatim in singulis curiis inualuisse, specialibus deinde
legibus, vt ne in abusum traheretur, firmata pariter et
restricta. Tabulis an. 1172. apud SCHOEFLINIVM T.
I. Alf. Dipl. p. 259. num. 314. ministerialis quidam
praedium libere ac cum omni iustitia iure feodi per
laueum prauorum suorum possedisse, traditur. Caere-
rum etiam in his beneficiis recepta fuit masculorum
successio. cf. CHRONICON HILDESIENSE apud
LEIENITIVM T. I. SS. Rer. Brunsv. p. 746. Charta
FRIDERICI I. in LÜNIGII Corp. Iur. Feud. T. I. p.
519.

519. Successio tamen non prolata fuit ad vulgaria iudicium et villicorum officia, quod etiam ex tabulis CONRADI III. an. 1140. apud PISTORIVM T. I. SS. Rer. Germ. et SCHATENIVM T. I. Annal. Paderb. p. 783. cognoscimus. Quousque insolentiae interdum ministriales procerferint, et querela Abbatis Fuldensis apud BROVWERVM Lib. III. Ant. Fuld. cap. 18. et modo allegatum Conradi III. decretum demonstrant.

§. 11.

De vassallis et beneficiis castris.

Miles praesidiarius proprium vassallorum genus, et stipendia iis data nouam feudorum speciem constitunt, ergo de his quoque dicendum.

a) *Vsus castrorum in Germania*

Quam late patuerit per Germaniam castorum usus, neminem vel parum in mediis aeuis monumentis versatum latere potest. Quando urbes exstrui et castra muniri cooperint, meum non est hoc loco vberius dicere, id autem manifestum est seculo X. et sequentibus frequentem eorum usum inualuisse¹⁾. Talia castra aut imperii erant, in quibus Augusti solebant praesidia disponere et jurisdictionem exercere, aut Principum et Dynastarum. Inde enim ab Henrico IV. omnes fere nobiles, curtes sedesue suas munitionibus circumdare constituerunt, ut contra hostes et inimicos sibi consulerent atque adeo rapinatum et licentiae latebra haberent²⁾. Ipsi quoque Imperatores e re publica duxere,

castra exstruere, quibus externos internosque coercent hostes³⁾). Itaque opus etiam fuit hominibus, qui castris praeessent, eaque a vi incursionibusque hostium defendenter, nam inde est nouum militiae atque vassalorum genus, quos castrenses vocamus⁴⁾).

β) De militia castrensi.

Quemadmodum olim praediorum possessores ad patriam defendendam euocatos adesse oportuit, ita castrorum subditi et incolae, elato signo, ad defendendum castrum suum conuolare debebant. Militiam vassalliticam in illius locum surrogatum fuisse monuimus, atque eundem fere in modum militia castrensis pro illa vulgari adhiberi coepit. Bellum enim a facta est, quam rustici non callebant, incursum etiam quotidiani perpetuos praefentesque custodes exigebant, eaque de caussa placuit castrorum dominis proprios eius rei ergo legere milites, ex quibus more seculi nouus vassallorum ordo constitutus fuit⁵⁾.

Militum castrensium, quos Burgmannos vocarunt, non vna erat conditio. Alii enim ad vulgares operas in castro custodiendo tueri doque subeundas conducti, vilioris dignationis habiti fuerunt, alii contra soli militiae destinati aut in suis sedibus praediisque morabantur⁶⁾, sed incursu hostium facto signoque dato in castrum sub iactura feudi se recipere tenbant.

nebantur, aut prout ordinationis ferebat formula in castro sedebant⁷⁾, illi homines vulgi erant, hi plerumque viri nobiles⁸⁾, ab utrisque autem distingui debet castrorum dominus, qui aut ipse in castro adesse et custodiam, allodii feudue iure, regere solebat, Burggrauii nomine insignis⁹⁾ aut Vicarium, qui vice ipsius castro praesesset, constituebat. In hunc igitur modum militia castrensis more seculi satis instructa videbatur. Ipsi quidem Burggrauii aut imperii erant vassalli aut Principis, quanquam caeteroquin utriusque pares et soli Imperatori subiecti esse poterant¹⁰⁾.

γ) De beneficiis castris.

Ad danda stipendia, quae in beneficiis feudisue dari oportuit, praediis agrisque inter milites equestris fere distributis, noua erat repudienda materia, ideoque ampliatum fuit feudorum institutum. Etenim iura seorsim in beneficium castrense data fuerunt et redditus statis temporibus percipiendi, et pecunia aut iure feudi soluta aut statis pensionibus soluenda¹¹⁾. Inde feuda castrensis, quae pro seruitiis in tuendo castro dababantur, nata, quorum successio etiam masculina recepta et iure feudi existimata fuit²⁾. Qui vices domini in castro regendo et tuendo obibat, beneficium quidem merebatur, nec tamen ipsum castrum in beneficio erat, ideoque munus collatum pro admis-

nistratione, beneficium pro stipendio erat, utrumque aut feudi iure ad posteritatem transfribat aut munericis instar ad tempus vitamue concessum ad dominum reuertebatur¹⁾.

- 1) cf. PHIL. CARL. L. E. DE KNIGGE *comment. de natura et indole castrorum in Germania*. Goett. 1747. 4.
IOH. ANDR. HOFFMANN. *diff. de immunitatibus castrenibus praeceps in Hassia Marburgi* 1730. 4.
GEORG. LVD. BOEHMERVS in libello: *de iuribus ex statu militari Germanorum pendentibus* (Goett. 1750. 4) §. XVI. seqq.
- 2) cf. PFEFFINGER. *Vitr. Illustr. Lib. I. Tit. XV. p. 116.*
SCHATENIVS. *T. II. Annal. Paderborn*. p 263. *castra* *haec*, inquit, *more antiquorum Saxonum in editis abruptisque montibus praemuniri coepta*, maxime ex quo tumultuaria illa et ciuitia bella per diffidia regni aut Cæsarum debilitatem inualerant.
- 3) LAMBERTVS SCHAFFN. *ad an. 1073*, refert Henricum IV. multa per Germaniam exstruxisse castella dispositis ibidem praesidiis.
- 4) Comprehenduntur etiam generali vocabulo ministerialium, FRIDERICVS I. anno 1180, ecclesiae Bremensi dedit: *castrum Stadii et Burgum cum ministerialibus et universis pertinentiis et omni iure suo*, apud LINDEBROGIVM SS. Rer. Germ. p. 168. SCHATENIVS *Annal. Paderb. T. I. p. 162.* idem probauit. Haec castrorum praesidia pro accessione castri habita cum castris ad quemcunque possestorem transibant. Exemplum anni 1160. apud ECCARDVM Corp. Hist. mediæ aeni T. II. p. 227. an. apud LÜNIGIVM Arch. Imp. P. Sp. cont. II. p. 123. occurrit. Ne tamen inde seruilem conditionem inferas. Ius enim exigendi defensionem a militibus praesidiariis, accessio castrorum erat id tali formula transferrebat, vt personae ad defendendum obstrictae significarentur.
- 5) cf. AVCTOR *de Beneficiis cap. III. in KOENIGII Corp. Iur. Germ. T. II. P. II. p. 228.* IUS FEVD. ALEM. cap.

cap. 140. ibidem p. 159. WÜRDWEIN T. XI. subf. p. 97.
T. V. nov. subf. dipl. p. 66. seqq.

- 6) Exempla praebent LÜNIGIVS T. III. Corp. Iur. Feud. p. 42.
LVDEWIGIVS T. II. Dipl. et Mctor. p. 246. GVDENVS Cod. Dipl. p. 598. ZYLLESIVS in defensione Abbatiae S. Maximini P. III. doc. 29. Interdum adeo feudum castrum per alios mereri licuit. WÜRDWEIN. subf. dipl. T. V. p. 209. exemplum retulit, quo Comes in Castrensem electus per alium seruit, idem in aliis tabulis an. 1230. T. V. nov. subf. dipl. p. 55. cognovimus et in charta an. 1322 apud eundem T. III. nou. subf. dipl. p. 112. haec leguntur: *Debet insuper memoratus Comes vel eius haeredes nobis et ecclesiae nostrae Moguntinae praedictae fideliter contra quoscunque, exceptis Reverendo patre Archiepiscopo Colonensi et nobilibus viris Comitibus de Nassau et de Arnsberg, assistere, et nos et ecclesiam nostram praedictum, nostros quoque successores, contra quoscunque alios, cuiuscunque dignitatis, status, seu conditionis existant, cum decem armatis bene expeditis, fraude et dolo prorsus exclusis, super hoc requisitus inuare nobisque seruire ad tempora vitae nostrae et vitae suae, sub nostris tamen et ecclesiae nostrae periculo et expensis. Debet etiam memoratus Comes et sui haeredes in custodia, munitione, defensione dicti castri et alii quibuscunq; ea nobis servitia facere et praestare; quae alii castrenses nostri nobiles et sui pares de consimili feudo castrensi facere et praestare bailesus confuerunt; ita videlicet quando opus est mitter ibi pro se duos famulos bonae conditionis, sub suis expensis et periculis, pro debita custodia, et si ulterior necessitas exegerit, ipse ibi se ad hoc transferet propria in persona.*
- 7) Tot huius rei extant tabulae, ut vix numerus iniiri possit, veluti apud GVDENVM T. I. Cod. Dipl. Mag. num. 246. p. 597. num. 393. p. 535. SCHILTERVM ad Ius Feud. Alem. cap. 136. §. 3. obligationemque residendi in castro pro regula habitam fuisse, monuit SCHANNATVS in client. Fuld p. 43.
- 8) Huc pertinet locus, quem SCHATENIVS ex Chronico Hildesienſi T. I. p. 625. retulit, in obſidione vrbis mo-

- nasteriensis fere omnes illius defensores tam nobiles,
quam ministeriales captos fuisse. Exempla praebent
tabulae an. 1339 apud WÜRDWEIN Subf. Dipl. T. V.
p. 179 seqq. an. 1340 p. 205. GVDENVM T. I. Cod.
Dipl. num. 320. p. 716.
- 9) TABVLIS an. 1266. apud GVDENVM Cod. Dipl. p. 75:
ita: dum tamen praeſtent iuroriam cautionem utri-
que nostrorum, qui habemus ipsorum caſtrorum domi-
nū, ſuper iſorum caſtrorum intra et extra et perſona-
rum ac rerum noſtrarum ſecuritate ac fideli cuſtodiā,
quaes Burghate vulgariter appellatur, Plura dabit
CANGIVS Glōſſ. v. Bürggrauis,
- 10) LVDOVICVS IV. an. 1329 apud KREYSIGIVM in
Beyträgen zur Historie der Sächſischen Lande P. IV.
p. 438. Henricum, Aduocatum Plauienſem, arce inue-
ſtiguit tali formula: Tibi caſtrum dictum Dreven, quod
a nobis et imperio in feodium descendere diſcitur, in
feodium nobile et iuſum de ſpeciali noſtra benevolentia
conferimus, concedimus et donamus, ſic quod alios
quocunque, qui idem caſtrum a nobis vel imperio in
feodium tenebant, de ipso infeodare, anchoritate noſtra
et imperii, vaſallorum beneplacito et affenſu. Add.
eiusdem Principis charta an. 1330 apud SCHVLT-
SIVM T. II. Hift. Henneb. num. LXVIII. p. 91.
- 11) CHRONICON LAVRISH. apud FREHERVM T. I. Rer.
Germ. p. 131. refert: Teloneum in Winenheim et partem
agri dominicalis in caſtrene beneficium itemque Mu-
lenni aliaque alibi ſparſim ac diſperſim diſtribuit.
SCHANNATVS in Client. Fulb. cod. prob. num. 121.
p. 242. LVDEWIGIVS T. II. Mectorum p. 246. TOL-
NERVS Cod. dipl. Hift. Palat. num. 16. SERARIVS
in Mogunt. ex noua et ſplendidissima editione T. I. p.
636. p. 639. p. 645. p. 691. GVDENVS in Cod. Dipl.
Mog. T. I. WESTPHALEN. Moniment. Cimbr. T. IV.
in diplom. Mecklenburgico num. 51. KOPPIVS in App-
de diff. inter S. R. I. Comites et Nobiles immediatos
p. 380. num. 10. seqq. WÜRDWEIN. Subſid. Dipl. T. I.
p. 422. p. 446. T. I. p. 271. aliique plura dabunt exem-
pla. Modum conſtituendi feodium caſtrene in pecunia,
praeter allatas tabulas, docet instrumentum apud WÜRD-
WEINIVM T. V. nou. subſid. dipl. p. 133.

12) cf.

(12) cf. FR. SCHANNATVS *Client. Ful. S. III* p. 19 no. VI
 WÜRDWEIN, *subf. dipl. T. VI*, p. 210. Inde in litteris
 an. 1336. apud eundem auctorem T. V. nou *subf. dipl.*
 p. 735. successio deputatur; heredibus feudi castrensis
 capacius. Feminas etiam in castrensi feudo succedere
 potuisse, multa exempla declarant; utputa apud SCHL
 TESIVM T. I. Hift. Henneb. p. 249. WÜRDWEIN. c. L.
 T. III. p. 126. Tandem etiam hic successio singularis
 placuit, vt ne castrense feudum propter munus, quod
 ei inerat, diuidetur. RUDOLPHVS I. *tabulis an.*
 1290. apud SCHILTERVM ad *Ius Feud. Alem. cap. 319.*
 p. 306. castrensis Oppenheimensibus dedit legem, vt
 feuda ipsorum ad seniorem devoluerentur. Feuda ec-
 clesiae Treuirense castrensis saepe tali lege data cognos-
 cimus ex chartis an. 1302- et 1309 ap. HONTHEIM. T.
 II. num. 585. 634. et alii, quid? quod in *instrumento*
 an. 1317. in appendice DEDVCTIONIS LEININGEN-
 SIS num. 2, pro lege habet his verbis: *Wenn nun*
des Landes Recht ist, dass die Burgleben alle, die ein
Vater hat, nach seinem Tode auf den aeltesten Sohne
fallen, atque id ipsum etiam LEGES NORTMANNO-
RVM apud LVDEWIGIVM T. VII. Dipl. et Mætor. p.
 212. statunt.

(13) Apud GVDENVM T. I. Cod. Dipl. Mog. p. 893. diplo-
 mate an 1296. Archiepiscopus Moguntinus ait: *Nos*
Fridericu[m] de Rosdorff et Theodoricu[m] de Hartenberg,
milites, de quorum industria, fide firma et circumspetione
gerentes fiduciam specialem in nostros officiatus
recepimus et recipimus per praefentes et committimus
fidei eorum castra et munitiones nostras videlet —
 — — — cum uniuersis eorum iuriibus, obvencionibus
 et fructibus, vt ex his ijs munitiones custodian, re-
 gant, protegant et gubernent. Itaque hos sūisse ad-
 ministratores puto, quod etiam IOANNES ad SERARIU
 Mogunt. T. I. p. 643. cenfet. Aliud exemplum exhibet
 WÜRDWEINIUS T. I. *subf. dipl. p. 456.* atque in
 Charta an. 1334 apud SCHVLTESIVM T. II. Hift.
 Henneb. num. LXXXI. p. 110. Comes Hennebergicus
 castro suo alium inuestiuit more ac lege feudi, absque
 dignitate Burggraualii. De munere, honore officiisque
 Burggrauiorum bene differuit AVCTOR: *Von den al-*
 ten

ten Burggrafschaften des Meissner Landes in KEYS^{ta}
GII Beyträgen zur Historie der Sächsischen Lande P. V.
p. 387. seqq.

§. 12.

De originibus iuris feudalis publici atque priuati.

Incertum fuisse ius publicum atque priuatum vsque ad seculum XIII. diximus suo loco, sed aliter ineundae sunt iuris feudalis rationes. Hoc iam seculo XI a nostratis cultum et in arte redactum fuit, citius omnino, quam Itali huic disciplinae operam impenderunt. Necessitas enim et usus quotidianus atque ipsius rei grauitas effecere, ut nobiles in primis in hac iuris prudentiae parte studium operamque collocarent. Itaque inde a Conrado I. A. Germania proprio feudorum iure vfa fuit, magis tamen industria virorum, qui et artibus aliquid studi impenderant, et feuda possidebant, cultum, quam legibus publicis sanctum. In curiis enim vassallorum et iudiciis Parium eos adesse atque de rebus grauissimis, de feudis puta territoriisque, ius dicere oportuit. Quamobrem non potuerunt non in ius tam nobile tamque necessarium incumbere. Itaque praeter paucas leges, constitit iuris feudalis scientia et opinionibus virorum hac arte excellentium et rerum iudicatarum auctoritate et consuetudinibus ac moribus maiorum, pactis tandem dominum inter et vassallos conuentis. Inde igit
tus

tur exstitit et ius, quo respublica feudalis regetur, et materia, quae in epitomen iam ineunte seculo XII. redacta, non quidem perfectam omnibusque numeris absolutam, aliquam tamen iuris feudalismi disciplinam constituit, ut Germani in hoc genere omnibus populis, qui aut aluerant aut receperant feudorum instituta, antecellere viderentur.

a) *De legibus feudalibus et iure feudorum publico.*

Legum' feudalium latio non soli Augusto, sed Ordinibus imperii simul competiit. Duplex autem erat earum condendarum modus, aut enim in comitiis sanciebatur, aut in iudiciis Principum constituebantur, illae fere generales, hac speciales erant. At vero post Conradum I. A. legum scriptarum in iure feudali publico rara est memoria, Imperatores enim iacturam suam sentientes in ampliandis Principum iuribus, quantum fieri poterat, cunctabantur, Principes contra in augenda et firmanda potentia sua occupati, gradu cedere non solebant. Quamobrem in dandis recipiendisque imperii feudis Rex et Principes, mores maiorum sequi solebant, difficiles saepe propter mutatum reipublicae statum applicatu. Itaque ius maxime incertum interdum adeo calumniandi praebuit occasionem. Neque medela tanto malo afferri poterat. Perpetua enim

enim reipublicae agitatio, incerti adhuc potestatis Caesareae atque territorialis limites, Pontificum Romanorum conatus erga Germaniam, ipsaeque illae expeditiones in terram sanctam infastiae, legum nouarum lationem constitutionemque impediuerere, ut taceam ab ingenio seculi plane absuuisse, rem publicam legibus munire. Quas enim FRIDERICVS I et qui eum secuti sunt Imperatores in Italia tulerunt leges, ad regnum Germanicum non pertinuisse et causiae eorum et locus et formulae et rationes atque ipse adeo usus demonstrant^{1).} HENRICVS VI. quidem nouam rem moliebatur, ut et successio regni in sua gente et feudorum imperialium ad omnem Principum posteritatem translatio reciperetur, sed nihil perfectum fuisse suo loco diximus^{2).} Tandem remanent pauca iuris feudalium capita passim legibus decretisque comprehensa, quibus tamen nullum fere feudorum imperialium ius sancitum legitur^{3).} Neque enim GVILIELMI Regis decretum in comitiis Francofurtanis anno MCCLII. conditum, quantumuis a Pontifice R. agnitus firmatumue⁴⁾ aut pro lege receptum, aut pro consuetudine apud posteritatem custoditum fuit. Itaque antiquissimum iuris scripti caput de feudis imperii est, quod transactione Calixtum II. inter et Henricum V. continetur, quo cautum fuit, ut Principes ecclesiastici regalia ab Imperatore per sceptrum reciperent. Manauit inde distinctio feudorum, ut a symbolo

lo

lo inuestiture alia vexilli, alia sceptri dicerentur, quanquam non semper id seruatum fuisse, satis constet. Regnante FRIDERICO II. A. autem initium scribendi iuris feudalis factum est, in constitutionibus enim de libertate ecclesiastica, porro in pactis conuentis de iuribus Principum ecclesiasticorum et secularium, quorum historiam suo loco narrauimus ⁵⁾, vt et in Recesso Moguntino, varia iuris clientelaris capita reperimus. Francofurti anno MCCXIX. decretum etiam fuit, vt Dux Brabantiae legitimus vassallorum suorum impuberum tutor esset ⁶⁾, qua quidem sententia ius commune expressum videtur. Quae de singulis iuris feudalis articulis hoc tempore statuta fuerunt, iam alio loco explicauimus ⁷⁾ reliqua igitur tradam.

B) De iure feudali priuato.

Feudorum militarium, tam equestrium quam castrorum, iura iam inde a Conrado I. A. fundata intelliguntur. Milites enim ab antiquissimis fere temporibus iure proprio usi fuerant, quotidianus etiam usus certitudinem efficibat, accedebant pacta conuenta cum Principibus, ex quibus paulatim ius militiae equestris, quod feudale dici solet, exortum atque in scripturam redactum fuit. Castrenses homines iure quidem singulari pactis litterisque atque adeo priuilegiis Caesareis constituto usi fuere, neque tamen non multa ex iure mili-

H tum

tum equestrium, quippe et ipsi pro militibus habebantur, recepta et in usum ducta, fuere. Quamobrem iura vtriusque militiae ab auctoribus iungit et simul tradi intelligimus, differentiis tamen ubique obseruatis et adspersis. De iuribus tandem ministerialium ut pluribus differant, non necessarium videtur. Etenim ministeriis in feuda communatis, exoleuit antiquum ius ministeriale, et quae passim cernuntur huius instituti vestigia, aut pactis moribusque aut iure feudorum communi, quatenus natura ministerii applicationem admittit, existimantur. Itaque reliquam historiam persequar.

- 1) Sunt viri docti, qui contrarium sequuntur omniaque iura Italii data etiam a Germanis obseruata fuisse statuunt. Alio loco iam id refellere conati sumus, Germani enim aderant in comitiis regni Italici, non ut leges acciperent ab Italii Germanias subiectis simul latae, sed ut cum Rege suo Italii leges darent, at video plerisque, qui nostram adeo sequuntur sententiam, *Constitutionem FRIDERICI I. A. II. F. 55. §. 1.* negotium facere, qua Augustus ait: *tam in Italia, quam in Alemannia, ut* qui indicat publica expeditione exercitum deseruerit, iactura feudi puniatur. Enim vero haec vna est totius legis sanctio, quae ad Germanos pertinere debuit, eaque de causa Alemanniae mentio expresse facta fuit, quia alioquin ista tempestate nemini hoc in mentem venisset. Atque id ipsum etiam vtriusque regni formulac conuenire videbatur, quia expeditio Romana ab vtriusque regni vassallis suscipiebatur, ut paria etiam in Italia et Alemannia in re communii fierent iura. Lustratio enim militum, quae in campis Roncalicis post adventum Imperatoris in Italia institui solebant, iudiciumque, quo absentes feudis priuabantur, eandem exigit sanctionem, nec tamen ex hoc uno articulo ius antiquum repetente efficitur, ut reliquae Italorum leges Germanos obligauerint,

2) HO-

- 2) HORVM COMMENT. P. II. Vol. I. p. 40. et nota 53.
p. 47.
- 3) cf. FRIDERICI I. *Pax Publica Norimbergensis* apud
SENKENBERGIVM T. I. Recess Imp. num IV. p 5.
FRIDERICI II. *constitutio de iuribus Principum eccle-
siasticorum Francofurti anno 1220. edita.* Decreta singu-
la sua locis annotabimus.
- 4) cf RAYNALDI *Annual. T. XIII. no. XVII. ad an. 1252.* In-
strumentum Henrici Abbatis Fulda, ea de caussa ad Ab-
batem Leodiensem et Lobensem an. 1253. datum exhib-
uit SCHANNAT. *Cod. Prob. Hisp. Fulda. no. XC. p.
203.* MARTENE *Thef. Anecd. T. I. p. 1053.* et SEN-
KENBERG. *Corp. Iur. Feud. p. 783.* Historiam breui
narravit GEBÄVERVS in *Richardo* p. 43.
- 5) HOR. COMMENT. P. II. Vol. I. §. 9. p. 165.
- 6) BVTKENSII *Tropb. Brabant. T. I. app. p. 66.*
- 7) Hor. Comment. c. l. p. 67.

§. 13.

De propagatis in terras Slauicas regno Germaniae subiectas institutis et iuribus feudorum.

Alemanno, Bauaro, Saxones, Longobardo et Thuringos prima feudorum semina iam antiquis temporibus aluisse, deinde sub regno Francorum eodem modo, ut reliquae Francorum prouinciae, feudis beneficiisque auctos et iure clientelari rectos fuisse et suo loco diximus et historia testatur. Paulatim insignes terrarum tractus a populis originis Slauicae insellos regno Germaniae fuisse subiectos, inque iisdem prouinciis hodieque et instituta ac iura feudorum superesse constat, eaque de caussa,

vtrum domestica haec sint, an ascitia, quaeritur. De Bohemia non dico, quanquam et haec Slauici iuris fuerit, sed de illis terris, praesertim ultra Albim, quae medio aevo clientelares eusserunt.

a) *De primo propagandi instituti feudalis modo.*

Populi Sarmatici seu Slavi, quam late patuerint, quamque partem Europae Asiaeque coluerint, meum non est dicere¹⁾ id vero certum neque dubitationi obnoxium, moribus institutisque a Germanis discrepasse quidem, cum iisdem tamen in libertatis amore atque regimine restricto variisque iuris articulis consensisse. At vero vestigia instituti iurisque feudalis fide monumentorum coaeuorum apud eos reperire non memini²⁾. Ex quibus mihi intelligere video, haec non propria esse, sed aliena. Videamus igitur, quo modo quae ratione propagatio facta fuerit. Dupliciter autem id ipsum iudicandum. Si quidem populi, qui plane deuicti et sub potestatem redacti fuerent, ita ut magistratus ciuiles et sacros a Regibus Germanorum acciperent, quo genere Marchiam Misensem, Brandenburgicam atque vtriusque Lusatiae, nec non partes quasdam inferioris Saxoniae, quibus Henricus Leo Slavos sub iugum misit, comprehensas puto, mox cum imperio Germanorum instituta feudorum acce-

acceperunt. Magistratus enim fide clientelari obstricti iis praeerant, opus erat prompto et parato milite ad homines feroes et libertatis suae amantes continendos, ideoque et ipsos Marchiones et Reges beneficia militibus distribueré oportuit. Materiam quidem munificentiae deuictorum terrae praebuere, ideoque statuo insignem harum prouinciarum partem inter vassallos fuisse diuisam, ut institutum feudale in has regiones propagatum, neque tamen non pro doméstico habeatur. Atque omnino intelligitur, frustra quaeri, vtrum feuda in his partibus oblata sint, an data, pro datis certe haberem, quamvis interesse oblata non negaverim.

¶) De altero propagandi instituti feudalisi modo.

At enim aliae ineundae sunt rationes in iis prouinciis, quarum rectores aut sponte se submiserunt regno Germaniae, aut deuicti pace inita imperium victoris agnouerunt. Hi populi nexus clientelarem aut cum ipso Rege Germanorum aut cum viciniis Principibus subie-
runt, ideoque instituta et iura feudorum pro-
vinciis suis non eodem tempore, sed paulatim intulerunt. Rectores enim, qui nunc Ducum aut certe Principum Germanicorum elogio ornabantur, aulam pompaque more aliorum Principum instruebant, ministerialibus, quo-
rum praerogatiwas ab Imperatoribus adeo im-

petabant, atque, ut apud Imperatorem vassalorum cohortibus stipati, aliorum Principum instar, comparerent, militibus quoque feudabant. Accessit ipsa necessitas seruitiorum feudalium, quae a nobilibus territoriorum exigui non poterant. Quamobrem antiquissima harum prouinciarum feuda a liberalitate Principis profecta fuerunt, atque contendere ausim eadem meruisse Germanos. Indigenae igitur paulatim huic instituto assuefacti, honore proemioue euocati, haud dubitarunt clientelas sua offerendo praedia subire, ut etiam in his prouinciis instituta et iura feudorum quasi in suo fundo residerent. Pomeraniam³⁾, Megapolin⁴⁾ vicinasque regiones hue referendas puto. Quare nec in his prouinciis omnia feuda esse oblata contendere a sim, eaque de causa iura fudorum singularia ex aliis rationibus repeti oportere. Ex quibus intelligi posse puto, cum imperio Germanorum instituta feudalia in terras ipsis subiectas, ne Holatia⁵⁾ quidem Friaisque⁶⁾ exceptis, illata, atque adeo cum ordine Teutonico aliisque Germanis in Poloniā, Lituaniā Poruſiamque propagata sūisse.

3) HELMOLDVS in Cbranico Slavorum Lib. I. cap. I. ad littus, inquit, Australe maris Baltici Slavorum inveniant naciones, quorum ab Oriente primi sunt Ruzi, deinde Poloni, habentes in septentrione Pruzos; ab Auffro Boemos et eos, qui dicuntur Morobi atque Sorabi. Circa annum 500. migravunt in septentrionalem Germaniae partem a populis versus meridiem profectis fere vacuefactam.

2) SCHWARTZ

- 2) SCHWARTZIVS opus suum, *historiam Rugiae et Pomeraniae feudalem*, exorsus quidem est ab antiquissimis temporibus, neque, quae apud TACITVM leguntur de Germanis, incolis istarum regionum tribuere dubitauit, ego vero ad partes eius accedere nequeo, certe vestigia instituti feudalis, ne ex fragmentis quidem iuris Slavici, quae breui recensuit DE WESTPHALEN T. I. Mon. Cimbr. praef. p. 118. intelligere potui.
- 3) CONRAD FRIEDLIEB A FRIDENSBERG in *Iure feu-
dali Pomeraniae vetere et novo cap. I.* apud WEST-
PHALEN. T. II. Moniment Cimbr. p. 1522. reetē statuit, feuda origine tenuis in Pomerania non reperiri,
primasque origines inde ab anno 1181. repetit, quo Princeps Pomeraniae Friderico I A. se reddidit clientelarem. In monumentis historicis feuda et vassalli de-
mum seculo XIII. apparent quanquam antiquiora exsti-
tisse nullus dubitem! Hanc historiam late exsequutus
est SCHWARZIVS in dem Versuch einer Pommersch-
und Rügenischen Lebens-Historie — Gryphiswaldae
1720. 4. cf. DREGERI Cod. Pom. Dipl. p. 314. Dux
Barnimius I. an. 1240. Caminenis Episcopi vassallus
factus est secundum chartam p. 205. Pontifex Romanus
monasterio Colbacensi an. 1246. facultatem adquirendi
immobilia concessit p. 260 *feudalibus rebus exceptis*,
vt mentionem feudorum in tabulis an. 1238. p. 199. an.
1241. p. 214. an. 1254. p. 362. an. 1255. p. 373. an. 1256. p.
388. omittam. Id tamen obseruari velim alienationes
feudorum in his quoque regionibus consenserit domini
firmari, nec successionem iure sanguinis aestimari. Cer-
te charta an. 1261. p. 445 in feudo novo ita definitur:
ut praedictus Ekkehardus et sui heredes legitimii in feu-
do se habere eam (villam) ab ecclesia recognoscant et a
praepósito nostro, qui pro tempore fuerit, more vassal-
lorum recipiant. Quod si mortuus fuerit idem Ekke-
hardus sine heredibus, non ad aliquos propinquos sine
extranos, sed ad ecclesiam dicta villa libere reuerte-
tur. Tabulis an. 1254. p. 364. iudicium parium mihi
deprehendere vitus sum.
- 4) De Megapoli nihil addo, RVDLOFFIVS enim in *Historia
Mecklenburgica* feudorum et nexus clientelaris ubique

rationem habuit, nec hoc difficile erat, post egregium
WESTPHALENII opus ac laborem.

5) Contra LVDEWIGIVM in iuribus feudorum p. 153. et
p. 369. id tabulis exemplisque pluribus allegatis docuit
WESTPHALEN in praef. T. II. mon. cimbr. p. 15.
litt. q.

6) cf. IOACHIM de feudis Friesiae, in der Sammlung ver-
mischter Anmerkungen num. VI. p. 147.

CAPUT IV.

DE FEVDIS INSTITVTISQVE FEV-
DALIBVS GERMANIAE INDE A FRIDE-
RICO II. VSQVE AD MAXIMILIA-
NVM I. A.

§. 14.

*De fide clientelari reipublicae Germanicae
vinculo.*

Status reipublicae Germanicae publicus vs-
que ad seculum XIII. fide clientelari et subie-
ctione ciuili constituit, ita tamen, ut maior
obedientia illi, quam huic inesse videretur.
Maxima autem rerum conuersio paulatim inua-
luit, laxato enim ciuitatis vinculo, subiectio ci-
vialis solui atque inde ab eo tempore, quo Fri-
dericus II. A. diris Pontificiis deuotus in ban-
num ecclesiae inciderat, praeceps ruere coepit,
ut summa imis miseri oportuisset, nisi fides
clientelaris labanti. reipublicae, fulcro fuisset.
Cum enim seculo XIII. tot calamitatibus con-
cute-

cuteretur et oppimeretur Germania, ut maiestas et auctoritas Imperatoris, eidem seruandae impar, fere deleretur, immineretque totius ciuitatis ruina; pertesa malorum patria atque multis periculis educta rem publicam salutemque Principum, sine capite et Rege, qui omnibus praeset, seruari non posse, finem malorum RUDOLPHO I. Germanorum Rege creando fecit. Hic igitur Princeps prudentissimus et cauissimus collapsam rem publicam restituturus fidem feudalem in usum ciuitatis conuertendam putauit¹⁾). Etenim post recturam territoriorum non successione solum, sed potentatu adeo firmatam, imbecille videbatur ex subiectione ciuili vinculum, metu et territione, quo nullum imperium carere potest, fere vacuum. Difficile enim erat in personam Principis animadueterem; bonisque propriis aliquem exuere propter denegatam obedientiam moribus seculi prope nefas habebatur. Maxima e contrario fides in nexu clientelari reposita erat, hic sanctus atque inuiolabilis, fortissimumque fidei, amicitiae et subiectionis vinculum reputabatur. Inerat etiam magna terroris et minarum caufsa. Domino enim diuinis humanisque legibus potestas exuendi vassallum immorigerum feudis beneficiisque data credebat, quod in ciuitate feudis vbique munita et instructa maximi omnino fuit momenti. Quod quum intelligeret Rudolphus I. omnesque fere Imperii Principes fide clientelari obstrictos cer-

neret et licentiam per uniuersam Germaniam tantopere inualuisse, ut legibus ciuilibus coerceri non posset, potius iure feudali, quam ci-vili, regere instituit rem publicam²⁾. Ab hoc igitur tempore fides clientelaris, pro uno fere, certe firmissimo ciuitatis vinculo habita fuit. Neque id ipsum displicuit Principibus Germaniae. Cum enim huius regiminis rationes ab arbitrio iudicioque Parium fore penderent, praesertim possessione territoriorum feudorum que nemo exui posset, nisi ipsi Principes, Pares curiae, feudum commissum iudicassent; rebus suis hac regiminis forma optime consultum iri recte existimarentur. Accessit tutela, vassallis debita, quam Dynastae et allodiorum domini vix implorare poterant, ut hi, nisi fortissimis castris instructi, dominum allodio castroue offerendo sibi querere compellerentur. Itaque extra dubium fuit, quin Imperator retineret feuda sua, simul tamen receptum, ut ipse etiam in cassis feudorum iudicio Principum subiiceretur³⁾.

1) HENRICVS STERO ad an. 1274. Rudolphus, inquit, statim exegit a Principibus, clericis et laicis, fidei iuramentum. Quad cum recusarent propter sceptri absentiam, ipse electus signum crucis accipiens talia dixisse fertur: ecce signum in quo nos et totus mundus est redemptus et hoc signo utamur loco sceptri. Et de oscula-ta cruce omnes Principes tam spirituales, quam secula-res ipsam crucem loco sceptri osculantur recipientes seu da sibi fidelitatis iuramentum praefliterunt.

2) Exemplo esse potest discordia inter Ottocarum Regem Bohemiae atque Rudolphum Regem Romanorum. DV-BRA-

BRAVIUS Histor. Bohem. Lib. XVII. Rudolphus, inquit, de principum sententia, priuatum Austriae, tanquam imperii prouinciam, quam nullius ab alienare aut dedit aut quouis alio titulo, non posuerit, reperiit (ab Ottocaro) deinde Carinthiam etiam atque Stiriam ab eo, quas aequo Vldarico sine Caesaris assensu vendere minime licuit, cum vtrique ad imperii feudum pertineant. Hoc insuper apposuit, ut in verba sua more maiorum iuraret. In haec omnia concessit tandem Rex Bohemiae anno 1276. quod instrumentum apud LEIBENTIVM Cod. Iur. Gent. Dipl. T. II. §. IX. p. 100. edocet. Abdicauit nimurum se feudis, quae in fraudem imperii adquisuerat, praefixaque fidelitate maiorum suorum fenda Bohemiā Morauiamque pro se et posterritate sua accepit. Illa igitur feuda, quae Imperatori reddita fuerant, pro feudis apertis habita, quorum et cura et collatio noua ad Regem Germaniae spectabat. Rudolphus igitur primum commendauit Austriae Stiriamque cum reliquis feudis filio suo Alberto, quod bene obseruauit HERRGOTTVS T. III. Origg. Habsb. p. 506. deinde anno 1282 vtrique filio in feudum concessit. HENRICVS STERO ad an. 1231. rem ita memoriae prodidit: Rex ipsius ducatum Alberto filio primo genito commendauit, sed postmodum eundem ducatum eidem domino Alberto et Rudolphi filiis suis in feudum contulit coram Principibus suis super hoc Augusflae in curia congregatis. De ducatu Carinthiae alisque imperii feudis maioribus minoribusque nihil addo, satis enim patet, fidem, obedientiamque Principum atque imperii regimen in nexus feudali fuisse constituta.

- 3) Multis testimoniis firmari potest, Imperatorem iudicio Principum subiectum fuisse in Germania, quod quia maiestati repugnare videtur, absurdum quibusdam vi- sum fuit. At enim monendum, duplificem Imperatoris personam distinguo oportere, Imperatorem qua talcum aliis vnguam iudicio subiectum fuisse, dici nequit, nisi quatenus populo in Principem potestas naturali iure da- tur, nam in controversa iuris publici quaestione iudi- cium Principum valuisse ex historia et formula Germaniae constat, sed eundem, qua dominum territorii et vassallum imperio subiectum esse, nemo ibit insistas, quare

quare necesse est, vt hac qualitate iudicio cuidam subiiciatur, atque hoc ipsum est iudicium Principum. CAROLVS IV. A. B. cap. V. §. 3. ait: *Et quamvis Imperator sive Rex Romanorum super causis, pro quibus impeditus fuerit, babeat, sicut ex consuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, sacri Imperii Archidiacono, Electore Principe, respondere; il lud tamen iudicium Comes Palatinus, ipse non alibi, praeterquam in Imperiali Curia, vbi Imperator seu Romanorum Rex praesens extiterit, poterit exercere.* Quae quamvis filio dubio referantur, tamen moribus maiorum certa sunt. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad an. 1073. memoriae prodidit Principes exegisse; ut causse, quae aduersus Regem afferrentur, eorum iudicio discuterentur et terminarentur, ipso Regge, si ita expedire videretur, praesente et criminis (iuris publici) quae obicerentur, si posset, refellente. Adde si placet, quod idem ad annum 1074. et 1076. re tulit. Ex quibus intelligitur, Imperatorem legibus Germaniae esse subiectum in causis publicis et feudalibus, eamque regulam ad nostram usque manasse aetatem, ex nouis legibus recte obseruauit SCHINAVBERTVS in diff. de Principe legibus suis obligato. Lenae 1793. edita.

§. 15.

De legibus iuribusque feudorum in primis imperialium.

Itaque interesse coepit reipublicae, vt iura feudorum praesertim imperialium legibus publicis definirentur. Codex iuris feudalis non quidem editus fuit, id enim ab ingenio seculi alienum, praecipua tamen capita, praesertim ea quibus ipse clientelarum nexus constat, sancita reperimus. RVDOLPHVS I. praeter capita iuris feudalis Pace Publica in comitiis Heribipo-

bipoleibus 1287. sancita, anno 1290. constituit: *quod ipse dominus suum vassallum, praesentibus aliis vassallis coram se ad iudicium poscit euocare et cognoscere, pro vel contra ipsum vassallum, prout ipsorum dictauerit praesentia vassallorum*¹⁾. Hac lege magna potestas Principi in vassallos data, nec tamen ultra libertatem. Sententia legis pertinet quidem ad dominos, qui territorii praesunt, idem tamen ius iam antea in vassallis imperii obtinuit. **ADOLPHVS** Rex anno 1293. huius legis sanctiōnem etiam eo casu, si vassallus domino suo ante praefitam fidelitatem bellum intulerit, obseruari oportere statuit²⁾. **ALBERTVS** I. autem an. 1299. successionem feudorum masculinam ab omni dubio, praesertim contra ingruentem legum peregrinarum applicationem, vindicavit³⁾, atque **HENRICVS VII.** iacturam feudi ei, qui id sine consensu domini alienauerit, minatus est⁴⁾.

CAROLVS IV. in iure feudali sanciuit, vt ne vassalli Principum Electorum ab Imperatore alioque iudicarentur, sed actor ad iudicium Electoris remitteretur⁵⁾, praesertim in **AVREA BVLLA** multa constituit, quae ad iura feudorum etiam imperialium pertinent, neque vlla lege clarius Imperatoris et vassalli personam repries discretam. Eminent haec fere capitā; Electoratus esse imperii feuda individua iure successionis ad maiorem natu pertinentia⁶⁾, defi-

deficiente autem feudi successore ad liberam Imperatoris potestatem redeuntia ⁷⁾; Principibus Electoribus competere facultatem adquirendi feuda imperii sine speciali Imperatoris consensu ⁸⁾, omnes vassallos imperio et Imperatori fide clientelari esse obstrictos, si enque la esam iactura feudi puniri ⁹⁾; vacante imperio omnia dominii directi iura ad Vicarios transferri ¹⁰⁾, vt status feudalis conseretur; peers Imperatoris Vicariosque esse iudicare de feudis in imperii ¹¹⁾, coerceri oportere renunciations feudorum dolo malo factas ¹²⁾. Inde a Carolo IV. perstitit nexus imperii feudalis legibus moribusque maiorum, ingruente autem iure per regnino, SIGISMUNDVS A. tam lege, quam via, feuda imperii ex proprio iure coram se et Principibus regni iudicari oportere, prudenter cauit ¹³⁾, atque ita factum est, vt tota feudorum disciplina usque ad Maximilianum I. absque detimento manaret. Itaque usum iuris Longobardici in feudis et curiis imperii per haec tempora non memini reperire. Ipsi enim Imperatores et Principes feudorum caussarumque feudalium iudices probe intelligebant, utriusque regni formulam valde discrepare, nec, quae in Italia statuta fuerant, ad vassallos regni Germanici accommodari posse nec debere.

1) SANDIVS in Comment. ad consuetudines feudales Gelriae et Zutphaniae Tract. III. cap. I § I. num. 6. ex charophiliaco Gelriae hanc chartam edidit.

2) cf. SENCKENBERGIVS in Corp. Iur. Feud. p. 801.

3) cf.

- 3) cf. PFEFFINGER. *Vitr. Illustr. T. IV.* p. 163.
- 4) SENCKENBERG. *Corp. Iur. Feud.* p. 802. Idem iam ex natura feudi antea obtinuisse, certum atque a RUDOLPHO I. apud GOLDASTVM T. II. *Conf. Imp.* p. 24. constitutum fuit. Exemplum an. 1282. apud MIRAEVM Opp. *Dipl. T. I.* p. 21. exstat, vbi Adolphi Montens. ad Rhenum Comitis litterae, quibus Ducatum Limburgensem iure sanguinis ad se deuolutum cedit Ioanni Brabantiae Duci ac Rudolphum I. rogat, ut id ratum habeat.
- 5) SENCKENBERG c. l. p. 803. Haec sanctio A. B. c. XI. recepta fuit. Add. *Staatsarchiv des Kaiserl. und Reichskammergerichts T. I.* p. 99. et quae hanc in rei dixi in libro: *Bestimmung der Kaiserl. Machtvollkommenheit in der teutschen Reichsregierung P. III. Sec. I.* p. 181. not. 1.
- 6) A. B. cap. VII. §. 2. 3. et 4. cap. XX. §. 1. cap. XXV. §. 2. 3. et 4. CAROLI IV. *constitutio an. 1361.* de Electoratu non diuidendo apud SENCKENBERGIVM *Corp. Iur. Feud.* p. 807. legitur.
- 7) A. B. cap. VII. §. 5.
- 8) A. B. cap. X. §. 2 et 3.
- 9) A. B. c. I. §. 2. 8.
- 10) A. B. cap. V. §. 1.
- 11) A. B. cap. V. §. 1.
- 12) A. B. cap. XIV.
- 13) LITTERAE an. 1426. datae apud SENCKENBERG. *Corp. Iur. Feud.* p. 820. id sanciunt, iudiciumque de duatu Bauariae interioris anno 1429. habitum confirmat.

§. 16.

De incrementis feudorum imperialium.

Nexus feudorum hoc spatio multis modis propagatus et ampliatus fuit. Supererant enim multa

multa imperii bona atque iura, quae per inueſtituram paulatim alienata fuere¹⁾. Oblationibus etiam res imperii feudalis incrementa cepit²⁾, diuisionibusque vnum saepe feudum in plura fuit disceptum, ut vassallos et feuda imperii multiplicari oportet. Feuda imperii minora hoc tempore saepe constituta fuerunt. Quodsi enim magistratus aut Principes in vicinia particulam aliquam iuris Caefarei animadvertebant, haud morabantur inuestituram quo modo cunque petere et eius rei ergo nexum suscipere clientelarem³⁾. Equites imperii quoque clientelam regni proxime ab imperatore nacti et immediati Imperii vassalli facti sunt⁴⁾, ut his etiam modis numerus vassallorum augeretur. At vero in tam effrena agendi licentia, quae per istud tempus grassabatur, multi praediorum et feudorum immediatorum possessores clientelas vicinorum Principum sponte aut aliis urgentibus cauſis moti, suscepserunt⁵⁾. Quaeſitum igitur fuit vtrum hoc vassallis imperii fine Imperatoris auctoritate licuerit? id quod omnino negandum puto. Fides enim imperio debita interuerti non debebat, nec tamen difficile erat, Imperatorum impetrare consensum⁶⁾. At enim liberior fuit Dynastarum facultas. His enim caſtra allodiaque sua aut Imperatori aut vicino Principi offerendo nexum feudalem subire licuit⁷⁾. Talia feuda in pristino erga imperium statu remanebant quidem, nec tamen clientelae, quae ſubfeuda vocamus, efficiebantur,

tur, nisi noua accesserit eius rei caussa⁸⁾). Econtrario dominus, licet proprietatem feudi et iura senioris adquireret, subiectionem ciuilem inde inferre sibique omnem imperandi potestatem arrogare, nec poterat nec debebat, nisi noua talis subiectionis accesserit caussa. Itaque tales oblationes vicinis Principibus factae, salvo iure publico et priuato, recipiebantur, vinculo feudali his omnibus, ut ita dicam, superinducto. Fas autem fuit et domino proprietatem feudi sine consensu vassalli, et vassallo sine consensu domini Imperatori et superiori domino offerre, atque subfeudum constituer^e⁹⁾). Sursum enim et deorsum clientelas necesse licuit, a latere contra, absque eorum quorum intererat consensu, non licuit¹⁰⁾). Maxima igitur ex parte origines subfeudorum imperialium in haec tempora incidere, nec tamen ex solis oblationibus, sed ex aliis etiam caassis repeti debere puto¹¹⁾). Tandem in clientelas Principum ecclesiasticorum multi alii Principes hoc etiam spatio concederunt, aut pietate et superstitione moti aut lucri cupidine allecti, atque contendere ausim, nullum Germaniae Principem medio aevo existisse, a clientela clericorum immunem, ipsiusque adeo Imperatorem Episcopis iure feudali obligatum legimus¹²⁾). Atque in hunc modum et Imperator cum Ordinibus imperii, et Principes Imperii tam ecclesiastici, quam seculares erga se inui-

inuicem multiplici clientelarum nexu vincit¹³⁾
republicam constituerunt fudalem.

- 1) Ipsa regni Germanici territoria iam per inuestituras multiplices Principibus regni concessa fuerant, sed urbes imperii supererant, munera publica atque regalia, reditusque variis, quae omnia nouam inuestiendi materiam praebabant. Exemplis parco, vbiique obvia sunt; urbes imperii autem interdum priuilegiis, ne in feudum darentur, sibi prospexit ex tabulis horum temporum constat.
- 2) Gothofredus, Comes Saynensis, castrum suum Homburg, quod iure allodii possebat, anno 1276. Rudolpho I. in feudum obtulit apud LÜNIGIVM T. I. Corp. Iur. Feud. p. 18. Henricus cognomine Infans Hassiam iure allodii regens, oppidum suum Eschenwege an. 1292. Adolpho R. R. oblatum iure feudi recepit tali formula: Henrico Principi nostro imperii charissimo ac hereditibus ipsius in perpetuum, castrum Bomeneburg ad nos, spe et ans et imperium, et oppidum Eschenwege, quod idem Landgranius cum pertinentiis et iuribus suis ad se titulo proprietatis pertinens, ut dicebat, in nostris manibus libere resignavit — concedimus et conferimus per praesentes, ut ab ipso Landgravio et hereditibus suis ingiter teneantur et possideantur a nobis nec non successoribus nostris in regno Romanorum et a sacro imperio in feudum, nomine principatus. Plura dabit, praeter scriptores historiae Hassiacae, ESTOR Spec. Iur. Publ. Hass. p. 31. Origg. Iur. Publ. Hass. Lib. III. cap. 18. §. 66. Vtrum oppidum Eschenwege, quasi symbolum totius Hassiae oblatum receptumque fuerit, quod HAHNIVS Hass. Imper. T. V. existimauit, an progressu deinde temporis ex noua oblatione qualitas feudalis toti territorio addita fuerit, non disquiro, eius certe sententiae est LEDDERHOSE vir harum rerum valde peritus T. III. Opusc. p. 45. seqq. qui qualitatem totius Hassiae feudalem inde ab inuestitura Caroli IV. an. 1373. obtentu repetit. Eadem quaestio in ducatu Brunsvicensi et Lüneburgensi nota fuit. Qua de re SENCKENBERGIVS apud HAGEMANNVM in Beyträgen zum Braunschweig-Lüneburgischen Lebvrechte p. 87. sententiam suam

suam dixit. At enim si quis verba oblationis et concessionis expendat, quibus Fridericus II. ait: *civitatem Brunswic et castrum Lüneburgh cum omnibus castris, hominibus et pertinentiis suis uniuimus et creauius inde ducatum; facile intelligitur, ducatum Lüneburgicum omnia complecti, quae Otto puer id temporis iure proprio possedit.*

Terrae Mecklenburgicae, que vicinorum Principum in primis Marchionatus Brandenburgi clientales fuerant, ex oblatione Principum Mecklenburgicorum in feudum imperii receptae, inque ducatum conuerse domini, nunc Principibus imperii atque Ducibus, iure feudi imperialis an. 1348. redditae fuerunt. Litteras inuestiturec edidit GERDESIVS T. I. der Sammlungen p. 1. seqq. tabulas an. 1373. quibus Carolus IV. eundem ducatum iterum creauit, WESTPHALEN T. IV. Mon. Cimbr. p. 989. munus addidit Carolus V. an. 1546 et teste charta p. 137. Ducebat Albertum VIII. constituit: *unsern und des heiligen Reichs Erbfürscheider*, cuius munieris historiam WESTPHALENIVS in nota subiecta late perfecetus est. Obseruationes nonnullas dabit GERKENIVS T. III. der vermischtten Abhandelungen no. III. historiam breui narravit RUDLOFF T. II. der Mecklenburgischen Geschichtie p. 298. cui addi possunt, quae HAGEMEISTER in Mecklenburgischen Staatsrechte (1793. 8.) §. 191. p. 299. admonuit.

Principatus Frisiae Orientalis an. 1454. in feudum imperii oblatus et mutatus fuit, quod STRUVIUS de allodiis imperii p. 275. seqq. retulit. Plura exempla non legamus, haec tamen satis declarant, multa imperii feuda ex oblationibus originem cepisse.

- 3) Feuda culinaria, quea CAROLVS IV. circa Norimbergam constituit, exemplo esse possunt, de quibus commentatio apud LYNIGIVM T. I. Corp. Iur. Feud. p. 152. exstat, cui obseruationes nonnullas addidit WESTPHALEN Praef. T. IV. Monument. Cimbr. p. 83. Dux Bauariae anno 1267. a Rudolpho I. quatuor iugera cum quibusdam aliis feudis accepit, teste charta apud AETTENKHOVERVM num. XX. p. 194.

4) EBERHARDVS ALTAHENSISS ad annum 1277. cum praedita, inquit, Rudolphi, Romanorum Rege, omnes Comites et Barones et communitates ciuitatum et ciuium de Rheno, Franconia, Suevia et Bauaria se sponte subdiderunt, ei fidelitatis iurando homagia, castraque et ciuitates et terras, quas tempore vacantis imperii, scilicet a temporibus Friderici olim Imperatoris, occupatas tenuerunt, sibi voluntarie regisqarunt. Rudolphus Rex filium suum Rudolphum, Sueviae Duce, quidem constituit; sed munus Ducis inane fuit, terras autem iure dominii ad imperium pertinentes occupauit. cf. LV. DEWIGIVS Germ. Princ. Lib. I. c. I. §. 135. k.

5) Wenceslaus IV. Bohemiae Rex, anno 1289. dominium directum in ducatum Opulensem adquisiuit secundum tabulas apud MENCKENIUM T. III. SS. Rer. Germ. p. 1734. Annis 1327. 1329. 1331. reliqui Silesiae Duces se reddidere vassallo Boemiae, quod SCHICKFUSIVS de confutatinibus Silesiae Feud. cap. I. §. 10. apud LVNIGIVM T. III. Corp. Iur. feud. p. 221. seqq. annotauit, et regnante Carolo IV. Comites Plauenses, Wertheimenses, Schwarzburgici in clientelam regni Bohemici conceperunt, quod CHARTAE apud LUNIGIVM Corp. Iur. Feud. T. II. p. 55. seqq. T. III. p. 43. 213. 215. demonstrant. FRIDERICVS GUILIELMVS DE SOMMERSBERG in Codice Silesiae diplomatico et GOLDASTVS de regno Bohemiae plures oblationum tabulas regnante Carolo IV. A. et Wenceslao R. Regibus Bohemiae scriptas ediderunt.

6) THOMASIVS de feudo oblatu cap. II. in primis LVDEWIGIVS de primo foro subfeudorum imperialium, cap. III. et IV. vassallis imperii licuisse medium sibi adoptare dominum, defendant, alii, in quibus HERTIVM de feudis obl. P. II. §. 15. NETTELBLADIVM diff. de oblatione feudi in subfendum absque consensu domini inuatalida (Halae 1755) et in primis FRIDERICVM A FREISLEBEN diff. de mutatione domini in subfendis imperii (Goett. 1754.) nominare decet, id ipsum negantibus. Exempla in utramque partem exstant. Ludewigius certe suae opinionis praesidium inde repetit, sed nostrae sententiae, pauca dabimus. HENRICVS
LEO

LEO anno 1147. apud SCHATENIVM T. I. Annal. Paderborn. p. 772 ait: beneficium nostrum, videlicet Ad vocatiam de monasterio Kainata et de aliis bonis ad illud monasterium pertinentibus in manum domini nostri Conradi R. R. II spontanea voluntate resignavimus, ut eandem aduocatiam monasterio Corbieni in perpetuam possessionem contraderet, bac videlicet conditionis ratione, ut praedictam aduocatiam de manu venerabilis Abbatis Wiboldi in legitimum beneficium recipemus, quod etiam eodem ordine, quo praeditum est, tam a domino Rege, quam Abbottae completemus est et a nobis observatum. Tot embagibus supersedere potuissest Henricus Dux, si Abbatii mox Aduocatiam obtulisset iure tenui recipiendam. EBERHARDVS DE SCHAVENBERG charta anni 1315 apud SCHVLTES. T. I. Hft. Henneb. p. 181 ait: daz van deme Riche zu Lebene get, usgeben unde uscender sullen deme Riche und sullen einem Kunich bitten, das her dem vorgenannten Herren Greuen Bertolde unde sine erben libu zu einen rechten lebene, das Hues unde swaz wir darzu han von dem Riche zu lebene, svenne he oder sine erben die Lebenshaft umme einen Kunich dirkobir i dir dirkobir mungen. So soll der vorgenante Herrn unde sine erben uns unde unfern erben das Hues unde alter das, das darzu geboret, zu einem rechten lebene wider liben. Die wile aber der vorgenante Herre noch sine erben die Lebenshaft umme ein Riche nicht irkobire han, so soll das vorgenante Hues, ir offen Hues si, unde sullen sich iren Vgenden davone were, als von andern iren Veflen, Svenne och sie die Lebenshaft umme ein Riche dirwerben des vorgenanten Hueses, So sullen wir in alle die Brife geben, die wir baken von dem Riche uber das Hues unde das darzu gehorer. Hac igitur tabulae non solum modum, quo subfuda imperii consitui debent, edocent, sed declarant etiam ius aperturas sine Imperatoris consensu dari potuisse. Bertholdus Comes, qui multum apud Fridericum R. R. valebat anno 1320. apud SCHVLTESIUM p. 237 promissionem impetravit: ipsum et suos heredes de suis feodis veteris et noni dominii sui et nominarim de castro Schauenberg et suis pertinentiis investire auctoritate regia debeamus, cum primum super his per eum fuerimus requisiti. Tandem obtinuit in-

vestituram a Ludouico IV. an. 1324. testibus litteris c. l. p. 238 Exempla igitur exemplis opposita contraria sententiam certe dubiam faciunt, nostram autem veritate niti, non naturalis solum ratio suadet, sed alia adsunt argumenta. Bertholdus ille Comes Hennebergicus, vir sua aetate magni momenti, a Ludouico IV. an. 133^r. apud LÜNIGIVM T. III. Corp. Iur. Feud. p. 1012, et SCHVLTESIVM T. II. p. 84, praeter alia priuilegia etiam hoc impetravit: *Liceat etiō eidem Comiti suisque heredibus ex hac nostra permissoione et concessione feodum et feoda a vassallis nostris ac imperii comparare et conquiri, ut praemittitur et eosdem reinfeudare denouo de eisdem, sic quid ipso Comes heredesque sui, nostri et sacri imperii immediati sint vasallii, et infeodiati ab eisdem de huiusmodi feodis solum ipsorum immediati, non nostri nec imperii sint vasallii.* Patet igitur haec ipso iure licita non fuisse. Tandem ALBERTVS I. an. 1303. iudicium ex hac causa recuperatorium instituit, mandati formulam edidit GRÜSNERYS P. II. der dipl. Beyträge app. num. IV. p. 61. qua haec: *nostrae serenitatis est auribus — delatum, quod non nulli feoda sua, quae a nobis et imperio sine medio patient, in personas ecclesiasticas et seculares, nostro vel suo irreqüisito consensu venditionis, donationis, legationis et aliis modis indebitis transferre et convertere praeſumserunt.* Quin idem iure hodierno obtineat, nulla plane est dubitatio, nec solius Imperatoris, sed Ordinum adeo opus esse consensu, ex iuris noui rationibus contendere aūsim. Ex quibus egregie illustrabitur privilegium Principum Electorum A. B. cap. XI. §. 2. et 3. indultum.

7) LVDEWIGIVS de primo foro subfeudorum imperialium cap. II. BISCHOFFIVS de feidis oblatis §. 50. seqq. exempla castrorum aliis iure feudali oblitorum excitauunt, et nosmet ipsi passim dedimus, de nexus feudal Comitum Lippensium erga Hassiae Principatum, qui anno 1449. ex oblatione ortus est, differunt LEDDERHOSE T. I. Opus. num. II. p. 177. liberam autem dynastarum fuisse potestatem aut Imperatoris aut Principis clientelae ie submittere, FRIDERICVS A TREISLEBEN libello laudato §. VI. recte defendit. Vno exemplo id

id confirmabo. Eberhardum de Schauenberg ausum non fuisse feudum imperii Comiti Hennebergico in subfeudum tradere sine imperatoris consensu, modo probavimus, sed eodem anno 1315 idem, teste *instrumento* apud SCHVLTESIVM T. I. p. 182, arcem suam Nuwenhus in proprietatem concessit eidem Comiti, iure clientelari recepturus. Quae quidem si quis expenderit, in nostram discedere sententiam non cunctabatur.

- 8) Anno MCCCCXXXVIII. Comitatus Waldeccensis Landgrauio Hassiae in feudum oblatum fuit, cuius domini apud HERTIVM diff. de feudis oblatis aiunt: *die unsfer frie eygen Erbe ist, und unsre obre Aeitern noch wir von keinem Herrn nie zu lhn gehabt, noch getragen han.* Oblatio Comitatus Rietbergensis an. 1456. apud LVDEWIGIVM Opifc. T. I. easdem rationes habet, vterque autem litteris inuestiturarum Hassiacarum ab Imperatore insertus, coque in subfeudum imperii commutatus fuit.
- 9) Pomeraniam regnante Friderico I. in clientelam imperii concessisse, supra diximus, sed ex AVREA VULLA FRIDERICI II. an. 1231. apud LVDEWIGIVM T. XII. Dipl. et M^{er}or. p. 627 iam Marchionibus Brandenburgis clientelare fuisse cognoscimus, ideoque quod Mestuinus, Pomeranorum Dux, anno 1269. apud GERKENIVM T. I. Cod. Dipl. Br. p. 208. pro innovando nexu feudali egit, iuri feudorum publico plane conueniens fuit. Comites Wernigerodenses an. 1268. apud SCHEIDTIVM Mantissa document. p. 266. arcem vrbeisque suam Marchionibus Brandenburgicis traditam in feudum receperant, neque tamen non iidem easdem res Archiepiscopo Magdeburgensi, quem dominum directum Marchionum Brandenburgium fuisse constat, iure feudi, teste charta T. III. Cod. Dipl. Brand. num. XXXIII. p. 130. obligarunt,
- 10) An Imperatori olim facultas competenter ablegandi vasfallum, ad Principem imperii, vt hic ab Imperatore, ille ab eo, cui cessus fuerat, inuestiretur, quaesitum memini. Ex his, quae haecenus differimus, iam efficitur, vt id sine vasfalli consensu fieri nequeat. Allegari solet in hanc rem charta Wenceslai R. R. apud SENCKEN-

BERGIVM *Prodr. Iur. Feud. app. IV. p. 152.* qua vas
fallo; Ioanni domino de Limburg, vt feudum suum ab
imperio adhuc dependens ab Archiepiscopo Treuirensi
fuscipti, iniungitur. Id autem dominorum de Lim-
burg consensu factum fuisse et tabulae allegatae et Ca-
roli IV. litterae an. 1374, de eadem re apud HONT-
HEIMIVM T. II. *Hist. Treu. Dipl. p. 260.* docent,
eumque morem aliud ciusdem Principis exemplum ibi-
dem p. 262. confirmat.

- 11) Evidem hoc loco non de iis subfeudis dispuo, quae
ex regiis vassallis orta sunt, horum enim origines ex le-
ge Conradina fere repetendae erunt, neque dubitari po-
test, quin haec omnia potestati territoriali cesserint, hoc
loco potius ea in primis subfea intelligo, quae olim
Imperatori proxime subiecta in clientelas Principum
concesserunt, sed et hos vassallos saepe iurisdictionem
domini sui ciuilem sub certis modis agnouisse, teste hi-
storia sicimus.
- 12) Exemplis parco, sed mihi temperare non possum, quia
verba MOESERI nunc in coelites relati T. II. *Hist.*
Osnabr. p. 130. adscribam: es frecken auch die gröss-
ten Fürsten den Bischofen und Aebten ihre Hände zum
Empfang eines Lebns entgegen und es scheint darauf
angeleget gewesen zu seyn alle weltliche Fürsten den Bi-
schöfen, wie den Kaiser dem Pahste zu unterwerfen und
den Frieden Gottes in einer neuen Bedeutung über alle
weltliche Vernunft zu erheben. Factum quidem verum
est, sed vereor, vt fines allegati ex historia patcent.
De Pontifice Romano non dico, res satis nota est, re-
liqui plerunque pacem redimere et vicinos sibi obstri-
ctos reddere studuerunt. IVS. PROV. SVEV. cap. 24.
§. 3. Imperatorem Episcoporum vassallum agnoscit.
Apud HERRGOTT Cod. Prob. *Hist. Austr. num. 245.*
Henricus VI. ab Episcopo Basileensi inuestitur.
- 13) Exempla nexus clientelaris inter Principes Germaniae,
quorum initia in haec fere tempora incident, perquam
multa collegit MOSERVUS *Von der deutschen Lehnver-
fassung Lib. II. p. 430.*

CAPVT

C A P V T V.

HISTORIA IVRIS SVCCEDENDI IN
FEVDIS PRAESERTIM IMPERII.

Historia iurium et institutorum feudalium sine successionis enarratione tradi nequit. Hac enim demum institutum feudale perfectum consummatumque, fundauit reipublicae Teutonicae statum, atque vniuersim tam late manauit, ut magnam historiae et iuris feudalnis partem complecti videatur. Itaque filum supra exorsum pertexere iuuabit.

§. 17.

De ampliata feudorum successione.

Origines, caussas effectusque successionis feudalnis supra tradidimus, nunc breui exponendum, quid insteadem, auctum mutatumque reperiatur.

a) *Fundamentum successionis feudalnis.*

Obseruauimus superiore tempore maioribus natu praerogatiuam successionis in feudis imperii ex pristina magistratus et consuetudinis ratione competuisse, sed post firmatam successionem atque territoria, exolescente pristini magistratus ratione, in dominium gentium ac possessorum redacta, ex mente iuris ciuilis, bibliis sacris adeo suffulta, iniquum hoc visum,

praeualuitque sententia, vt omnes liberi aequali iure ad successionem feudi paterni admitterentur, eaque successio natalium iure ad posteritatem praedefunctorum porrigeretur¹⁾. Omnes igitur liberi feudorum capaces, exorto successionis casu, natalium legitimorum iure in communione feudi constituti, pro heredibus habebantur, atque penes ipsos erat, vtrum in communione degere, an vni sub certis conditionibus regimen tradere, an feudum territoriumue diuidere mallent²⁾). Haec regula tam in publicis, quam in priuatis feudis obtinuit, hoc tamen adiecto, vt communio feudi noui, tanquam vna et sola successionis feudalnis causa, ad liberos ante acquisitionem feudum natos aequae atque ad postumos proferretur. Iure enim antiquo tam stricta erat natalium obseruatio, vt ii duntaxat in communione feudi nati viderentur, qui patre vassallo nati fuerant, ideoque et ante acquisitionem feudi et post patris mortem nati, successionis expertes haberentur. Quod quia iniquum erat et a natura abhorrens, priori malo obuiam itum fuit per simultaneam inuestituram, quam pater sibi et liberis iam natis stipulabatur, vt quod natales inuidenter, iure pactoue daretur, eaque est antiquissima simultaneae inuestiturae species, de qua suo loco dicam; postumis autem per interpretationem iuris feudalnis subuentum fuit, vt in adquirendo communionis et successionis iure, non natalium, sed conceptionis tempore spe-

spectato, nasciturus etiam in successione feuda-
li pro nato haberetur. Itaque postumo feudi
successio, matri autem ventris nomine posses-
sio, data fuit, nisi haec forte per redditum
feudi, quem Aneuelle dicunt, impediretur³⁾.

3) *De diuisione feudorum plena et minus plena.*

Quod ad feudorum diuisionem attinet, in-
signem mutationem et singularem aliquam cau-
tionem haec tulit aetas. Duplex enim feudi
partiendi ratio inualuit, vna, qua ipsa feudi
communio tollebatur, vt quilibet particulam
suam et administraret et ad posteritatem trans-
ferret suam et sine agnatorum consensu alienaret,
altera, vi cuius, retenta communione totius feu-
di, possessio corporalis duntaxat usque
fructus separaretur⁴⁾. Quod quidem iuris feu-
dalium commentum nulla lege statutum, sed au-
toritate iudiciorum feudalium usque re-
ceptum, nouorum et vassallis utilium iurium fe-
rax fuit⁵⁾. Quamobrem in prima specie, ex-
tincta possessoris familia, ius antiquum serua-
tum, vt feudum, exclusis agnatis, nisi ex noua
caussa ius succedendi recuperasset, ad domini
directi potestatem reuerteretur, in altera au-
tem, ex pristina successionis caussa, nimisrum
ex communione feudi succederetur, id est, eo,
qui partem aliquam vtendam fruendam accepe-
rat, sine successore feudi mortuo, ad omnes in
eadem communione constitutos defecta por-
tio,

B. I. HISTORIA INSTITVTORVM FEVDALIVM.

e quodam ad crescendi rediret ⁶⁾). Ex
unione, qua feudum totius agnationis
etie credebatur, facile apparebat, alienationem
a possessore suscepitam, nec reliquorum consen-
su firmatam, irritam inualidamque, in plena
e contrario diuisione, quippe partium diuisarum
dominium, exclusis reliquis, ad confortes spe-
ctabat, alienationem sine agnatorum consensu,
validam fuisse. Quod igitur post receptum
ius romanum ex natura fideicommissi repetitum
fuit, id, si vera et genuina iuris patrii sequareis
principia, ex communione iure antiquo Germano-
rum iam recepta promi, atque inde vera simul
successionis caussa et ordo deduci debet ⁷⁾.

I) IVS FEVD. ALEM. cap. 65. edit. Schilt. ait: *Ein Herre mag vil brüderen ein leben lihen das si es mit gesämpfer hante entphaben und geliche gewer daran bant. Und wellent si sich scheiden mit dem gute und teyllent es unter sich, das dünt si wol one des Herren urlop. Wenn si aber das gut unter sich geteyllent, so het ir keinerne nutzit an des andern gute. Und stirbt ir einer on lebens- erben, so ist si teyll dem Herren ledig. Die wyle si aber das gut ungeteyllet bant, stirbet ir einer, so trettent sine Kind anires Vaters statt und behalten das gut gemeyne das ir Vater hetz mit iren Vettern alle.* Idem ait IVS FEVD. SAXON. cap. 34. edit. Senck. et IVS FEVD. BAV. c 45. His iuribus illustrans egregie inseruiunt, quae SCHVLTESIVS T. I. Hist. Henneb. p. 72. seqq. de diuisione comitatus Hennebergici an. 1274. instituta obseruavit, et qui singulari libro hanc doctrinam expendit MEVRERVVS; von der Succession in Lehn und Stamgütern unter dem hohen und niedern teutschchen Adel (Lips. 1781. 8vo) Si plures in communione degabant, aut omnes inuestiri poterant in communione, aut unus, quod AVCTOR de beneficiis cap. I. §. 73. seqq. REPGOVIVS Iur. Feud. Sax.

Sax. art. 31. et IUS FEVD. ALEM. cap. 33. docent, atque TABVLAE apud GRÜSNERVVM T. IV. dipl. Beyträg. p. 222. illustrant. Seniori piures in communione feudi prærogativas competit IUS CAESAREVM P. III. cap. 29. in KOENIGII Corp. Iur. Germ. T. I. p. 109. et TABVLAE apud SCHVLTESIVM T. I. Hist. Henneb. p. 599. num. 98. nec non T. II. p. 278. num. 208. demonstrant. Tanta autem communionis vis erat, ut frater in communione constitutus, vendita parte sua et altero fratre sine successore feudi mortuo, ab successione excluderetur, quam emitor iure communionis exercebat, secundum IUS CAES. cap. XXXI.

- 2) Vtrum iure licuerit feuda imperii maiora diuidere, dubitatum fuit. Qui id negant, opinionis suae argumenta ex Constitutione FRIDERICI I. II. F. 55. §. 2. petunt, eamque in rem simili alegant IUS FEVD. SAX. art. XX. ALEM. cap. XVII. et in primis IUS PROV. SVEV. cap. XXI. no. III. in KOENIGII Corp. Iur. Germ. T. II. P. I. p. 31. Ego vero his non moueor, quo minus libertatem feuda adeo maiora diuidendi tuear. Legem Friderici I. Augilli Italiam in Germania non obtinuisse, ex iis, quae supra generatum disseruimus, iam intelligitur, aliaque occasione genuinum sensum huius prohibitionis penitabimus, deinde loca vtriusque iuris feudalium prohibitionem non continent, sed ex iure antiquo, quod munus publicum partiri vebat, explicanda sunt. Atque ille ipse locus iuris Alemaniæ, qui tantopere iactatur, de munere tractat, non de territorio, ac ne prohibitionem quidem continet, sed innuit duntaxat, munus per divisionem expirare. In feudis quidem sceptri ius antiquum semper obseruatum fuit et adhuc obseruatur, in his enim non succeditur, sed in feudis vexilli, munere paulatim exolescente, potestate autem per totam prouinciam diffusa, præualuit sententia, feuda vexilli, salua territorii dignitate, diuidi posse. Atque id ipsum confirmatur vñ perpetuo. Bavariam saepius diuisam fuisse aequali iure, neminem fugit, et si quis instrumenta diuisionum apud AET-TENHOVERVM in Hist. Ducum Bau. num. XXVIII. p. 207. num. XXX. p. 221. num. XXXX. p. 265. num. XXXI. p. 272. num. XXXIII. p. 282. expenderit tan-

tantam in iis sollicitudinem cognoscet, vt ne patrimonium quidem priuatum maiore cura diuidi possit. Quibus si addideris conuentionem anno 1312. inter Rudolphum et Ludouicum, Duces Bauariae, apud LÜNIGIVM T V. Archiv. Imp. p. 563. nulla supererit de iure diuidendorum territoriorum dubitatio. De diuisionibus in Serenissima Marchionum Misnensium gente differuit CHR. ERNEST. WEISSIVS in libello: *de ordine succedendi in serenissima gente Saxonicco-Albertina* Lips. 1789 edito. Plura alia exempla congesit HOFACKERVIS diff. de originibus et fatis successionis ex iure primogeniturae §. 43-52. Obtenta etiam fuit nostra sententia in iudiciis diuisoriis. SCHVLTESIVS T. II. Hisb. Henneb. p. 239. *instrumentum an. 1444.* quo ipsa disceptatio referatur, edidit. Mortuo Wilhelmo Comite, qui totum Comitatum possederat, liberi impuberes succedebant, sed frater defuncti Henricus dimidiari comitatus partem postulabat. Vrinque doctores iuris caussam egerunt, tutores p. 241. exeperant: *des es sen wie es ein andir gefalt habt vmb fürstenthümen dann vmb ander Erbe.* Also sey wissenschaftlich, das die Graffschaft zu Henneberg gesfürst sei, Nu sag keyserlich Recht, und habe ein teutscher Keyser nemlich Keyser Fridrich der ander gesetzt: das Fürstenthümen, Marggraftümen, Grauechaft und Herrschaft fürter mere nicht sollen geteilt werden sondern bey einandir bleibin. Also sey die Herrschaft von Henneberg allewege ungeteilt herkommen und bey Menschen Gedecbtis nij geteilt gewest, darumb sie boffen, das der Spruech der Herrschaft an ir selbst nicht berüren soll odir kond. Sed procurator Henrici Comitis p. 245. replicabat, ius commune allegatum ad comitatus Germaniae applicari non debere, ideoque Friderici I. legem in loco supra citato intelligi, palam est, deinde addebat: *darzu wern auch die Lanleuff davider, das sich an Exempel von Fürsten, Grauen, Herrn, die geteilt meren, wol erfund, porro rei opposuerant quietam patris possessionem, tenger denn Landrecht und Gewohnheit were, ad quod actor respondebat p. 247. sein Bruder und er wern in ungeteilten Guten mit einander gesessen und hatte nye anders gewuft, denn Graue Wilhelm het die Lehen in beyden zu Nutz empfangen.* De hac ratione plura in utramque partem p. 251. disputantur, agnito tamca

tamen iure, ex communione competere successionem, sed Comes Henricus lite excidit ex hac ratione, quod successioni et comitatu renunciauerat, assumto clericatu. Add. TABVLAE AN: 137. in app. deductionis: *Obnumpföslche rechtliche Auszüge der Herrn Grafen von Leiningen Westerburg — num. 2. p. 2.*

At enim munera, quorum exercitium et administratio superat, diuidi non poterant. Quo quidem genere munus Electoris comprehendebatur. Quod si enim plures filii pluraque territoria aderant, ducatus cum suffragio Electorali et territorio, vni cedebat, quod in domo Saxonica stirpis Ascaniae bis contigit, semel Bernhardo I. anno 1211. iterum Alberto I. an. 1260. defuncto. In vtraque divisione ducatus Saxonie apud lineam Wittebergensem remansit quod ME PRAESIDE demonstrauit APELIUS, VIR CONSULT. in Specimine historiam et iura suffragii Electoralis Saxonici — completere Lips. 1789. Omnibus autem terris in divisionem deductis, suffragium Electorale aut alternis vicibus exercebatur, quod anno 1329. inter familias Bauarico- Palatinas placuit, testibus tabulis apud AET- TENKHOVERVM p. 26. seq. aut in communione recipiebatur, quale exemplum seculo XIII. in domo Brandenburgica exsistit, quod GRVNNERVS de electione Rudolphi I. Casparis T. I Opusc. p. 83. obseruauit. Itaque in feudis Aduocatiae saepe inuenimus, ut pro indiuiduis declarentur et ad maiores natu transferantur. DIPLOMA an. 1226. in Annal. Egmond. cap. 33. ait: quod si idem Wilhelmus sine legitimo filio deceperit, filia sua maior natu praedictam Aduocationem cum toto praedicto feudo recipiat, quod si nec filiam legitimam habuerit, frater suus senior legitimus successor in eadem aduocatione et dicto feudo statuarit.

3) cf. IUS PROV. SAX. lib. I. art. 33. et SVEV. cap. 51. IUS FEVD. SAX. art. XX. et SVEV. cap. 39. SCHIL- TERVS Comment. ad Ius Alem. cap. 39. p. 214. c. 137. p. 305. rem illustrauit, atque exemplo in diff. de simul- tanea inuestitura cap. II. §. 4. excitato, matre inuesti- turam ventris nomine anno 1389. datam probauit. AVCTOR Fragmenti Historici apud VRSTISIVM T. II.

T. II. p. 91. Henricus, inquit, Comes Prouincialis Alsatiae, decadens sine herede feoda plurima, quae tenebat ab imperio et episcopatu et ab aliis ad dominium suae proprietatis sunt reuocata, quia frater eius in ipsis feudis nihil iuris habebat (propter diuisiōnem anno 1230. institutam) et uxori eius nihil aliud remansit, nisi pauca praedia, quae eiusdem erant, quae paucō tempore postenixa est filium. Vtrum huic postummo feuda restituta fuerint, quae situm et negatum fuit, mihi vero discedendum videtur ab hac sententia, partim quia ius antiquum seculo XII. iam mutatum fuerat, partim quia posteritas illius Marchionis haec feuda tenuit, quod IOACHIM in der Sammlung vermischter Anmerkungen num. XV. p. 364. seqq. in diatri. de successione postumorum feudali, ex monumentis probauit, casum autem p. 378. ex STVMPFIO allegauit, quo dominus ex iure antiquo postumum a successione feudi excludere quidem tentauit, sed per matrem a multitudine adiutam perfidere non potuit. Iura hodierna V. ILLVSTR. IOAN. CAROL. GEBH. REINHARDVS diff. de iure postumi in feudo Witt. 1777. 4to tradidit.

4) cf. AVCTOR Iur. Feud. Caef. cap. 11. et 12. apud SENCKENBERG. Corp. Iur. Feud. p. 15. REPGOVIVS hanc partitionem ignorat, nec auctor iuris Suetuici eius meminit, ideoque post Fridericum II. demum inualuisse statuo, idque exempla etiam probant. Plures tabulas seculi XIV. et XV. quibus diuisio minus plena continetur, edidit IAC. REINHARDVS in opus. Neue Anmerkungen von der Lehnsgölege aus der Gemeinschaft ohne Mitbelehnshofz (1762. 8vo.)

Charra anni 1362. apud GRÜSNERV M T. IV. Dipl. Beytraege p. 237. occurrit: *Musebar et Theilung, porro mutscharen et theilen.* Duplex erat modus diuidendi, salua feudi proprietate. Primum quidem fratres ita solebant exciscere familiam, ut quilibet virilis et administrationis dominus fieret, regeretque territorium suum cum omni potestate proxime sub imperio, deinde, ut particulas quidem acciperent omnes et regendas et administrandas, ita tamen, ut maiori natu in ipsa rectructa subiecti essent, ipsaque potestas maneret indiuisa.

In

In chronicō Marcano apud MEIBOMIVM T. I. SS. Rer. Germ. p. 350. comitatus de Marca suaſu caſtreſium in hunc modum diuiditur: quod praedito domicello Euerhardo de bonis et reditibus comitatus de Marca talis et tanta parsio — daretur et affignaretur, ſicut decreter — ſed quod comitatus de Marca in caſtris, munitionibus et in reditibus ſcindetur vel pariretur, in hoc non conſentiebant, ſed volebant, ut comitatus ipſe indiuiuſus maneret et eius regimē ad unum tantrummodo Comitem maneret, cui fidelitatem tenerentur praefatae. Plura in hanc rem obſeruauit vir harum rerum peritissimus IONATHAN FISCHER, P. I. der Geschichte der deutſchen Erbfolge p. 157. seqq. Vnum exemplum addam. KVCHENRECKERVS Analeſt. Haff coll. VIII. p. 374. hanc edidit chartam: *Wir Adolf v. G. G. ein Römischer König, thun kunt allen denen, die diesen Brief ſehent oder hörent leſen, daß Heinrichen, Lantgreven von Hessen, und Heinrichen, ſeinem Sune, dem jungen Lantgreven, ein tag vor uns wart gegeben mit urtheile an dem Dienftage vor Sant Ulrichstage unne die theilung der den Muthſcare, als er mit ſeinen kinden bat gethan; deſſt ſind die beydenhalb mit geſamtem Urteile von gericht geschieden, alſo daß ſich Henrich der junge Lantgreve hat verzigen des teiles zu Hessen, want er das theil zu Marpurg, Grunenberg — gekoren hat an der vorgenannten Muthſcare und teile; es wäre dann alſo viel, daß ihm das teil zu Hessen anderwerbe von Erbſoft angeſtie — — Auch wart vor uns ertheilet, von welchen Sachen das theil das Otten, des jungen Lantgreven Heinrichs Bruder, werden follte, ledig wurde, daß das zu beſſerm Rechte werden follte und gevallen uſſe Heinrichen, den vorgesprochenen jungen Lantgreven, ſeinem Bruder, want es ein ſamm̄ gut iſt; daßſelbe foll gescheben den leſten kindern mit dem teile zu Hessen. Auch foll der alte Lantgreve ſchaffen, daß Frowe Mechthild ſin Hausfrau, und ihr Kind ſämtlich verzichen auf das teil zu Marburg, und was darzu benennet iſt, an der teile und der Muthſcare alſo do vorgeſchrieben iſt. Henricus I. Hassiae Landgrauius ex duabus coniugib⁹ qua tuor filios procreauerat. Henricum et Ottoneū ex priore, Ioannem et Ludewigium ex posteriore. Diuſe-*

rat igitur terras suas in duas partes principales, quarum unam liberi prioris, alteram posterioris matrimonii fortiebantur. Duae partes principales igitur diuinae fuerunt salua communione, inde successio, sed inter possessores partium diuisarum, nouam diuisionem intercessisse, ex tabulis non patet, potius in condominio ipsius possessionis remanerunt, et pars quaelibet dicitur **EMOLUMENT GVT**. Itaque is, qui in communione possessionis est, altero mortuo, exclusi reliquis succedit, in diuisis contra partibus familiae familie. Ex his patet compositione ad communionem et successionem conservandam opus non fuisse.

- 5) MEVRERV^S de successione in feuda et bona auita §. 13.
seqq. distinctionem hanc ex iure patrio proscribendam censuit, sed confundere mihi videtur tempora atque labi in documentorum interpretatione. Etenim locum **IVRIS CAESAREI Libro III. cap. ii. et 12.** vt hoc unum moneam, de industria mihi false interpretatus fuisse videtur. Author de duplice diuisione tractat, de necessaria et voluntaria. Quaerit primum **cap. ii.** utrum quis inuitus ad feudum suidendum compellit possit, et respondet iure compelli posse, *dass er mutscharen muss*, ex hoc igitur efficitur, vt nemo inuitus ad substantiam feudi partiendam teneatur. In **tabulis apud SCHVLTESIVM T. II. p. 248.** id certe negatur, nisi spontaneo fratum consensu fiat. Enimuero decisio iuri et aequitati conueniens, paritio enim ususfructus nemini nocet, ideoque eatenus iudicium communis dividendo competit, divisio rei contra perimit successionem, ergo cessat hoc iudicium, nisi libero eorum, quorum interest consensu, instituatur. Deinde **cap. 12.** de effectu diuisionum sponte factarum distinet, atque in una, quam dicit **MVTSCHAREN**, communionem et successionem remanere, in altera, quam **TEYLEN** appellat, utramque perimi statuit. Ego certe non video, quid distinctius atque aequitati conuenientius esse possit? MEVRERV^S primam speciem de alternatione interpretatur, sed refragatur totus locus, ideoque in repellendis rationibus et soluendis, quas sibi finxit, contradictionibus non morabor. Atque si **cap. 24. et 25.** **IVRIS CAESAREI** contuleris, omnis dubitatio euanebit.

scit. Tandem vsum pragmaticum ex sententiis causarum feudalium intelligimus, quod fasciculus sententiarum von Lehenguth und Leibgeding inscriptarum, quem P. II. Vol. I. p. 318. recentius, docet.

- 6) Index retentae communionis et proprietatis fere erat, idem nomen et signum gentilium. Qui enim penitus separabantur, et nomen et signum mutare solebant, ut haud insolens sit duas familias cognatione coniunctas, diversis nominibus atque insignibus reperiri. Tabulas addam ex WÜRDWEINII T. XI. nou. subf. dipl. p. 48. quibus arbitri inter duas familias de Raidenpachen anno 1292 pronunciarunt: *als sich unwillen gehalten haben zwischen unsfern lieben getruwen Friderichen Ritter, Wilbold, und Sigismunden von Raidenpuech eins, auch Dierrichen, Ulrichen und Syfrieden von Raidenpuechen anders teils: nemlich von wigen be: kommens ihres Geschlechts, Wappen und Schilde, auch ihrer helmzehnen, und ankommen der Leben, darum sie vor uns erschienen sein und auf uns bewilliget und gelobt, das wir darinn sprechen, das sie ihre Erben und nachkommen solich treulich halten wollen ohne gewerde. Also haben wir sie und sonderlich ihre urkunde und briefe, die bei dreyhundert Jar alt sein, geschen und verbort, darinn wir lauter erfunden, das sie von alter aus einem blut geborn und eines geschlechts sein und zwen schilde gehabt, nemlich: der eine Schild hat einen gantz Gern zwischen zweyer halber weisser Gern; der ander Schild drey weis fannen an Stangen über Eylbe in einem roten Velde, als aber ihre Eltern ihre Erben von einander geteilt haben der ein teil den Schild mit fannen ange nommen, aber ihr Cleinod auff dem helm haben sy beiderseits alweg gleich gefürt: nemlich two Stangen mit hermel überzogen und oben uf ieder Stangen ein Pusch von schwarzen Hannerfedern, und selbs ihr Cleinot haben sie auf dem helm in einer gelben Croon, oder in roter und weisser seyden gewunden wie ein Crantz gefürt und gebraucht. Tabula an. 1441. Vol. VI. MONIMENT. BOIC. num. CXL. p. 297. ex his rationibus post diuisionem adiudicatur successio: Also waer er desselben benannten Stainbergers rechter ehlicher Sohn und waeren der benant aeltere Hans und Er, zweent*

ebelziblich brüdere von Vatter und von Mutter und
hies als wol Hans als Er, und darzue besessen sy ihre
väterlich und mütterlich Erb MIT VNGETAILTER
HAND. Comites Hennebergici Fridericus et Otto
apud SCHVLTESIVM c. l. p. 609. num. CV. diuisionem
terrarum paternarum anno 1408. instituerunt, quam
vocant freundliche Grundtheilung, sed p. 613. aiunt:
Auch als wir von beiden Theilen unsern Namen von
dem Slos Henneberg haben, darumb ist d'sselbe Schlos
mit seiner Zugehoerung in dieser Theilung ungeteilt
blieben, das wir und unsre Erben binfur gleich mit-
einander haben, nutzen, bewaren und bestalten sollen.
Singularis cautio ad communionem adeo rerum diuina-
rum conferuandam. Comites Nassouienes, Walramus
et Otto, duo familiarum adhuc florentium fatores, an-
no 1255. terras paternas diuiserunt, cuius partitionis
TABVLAS edidit KREMERVS in Hisp. Genal. Gentis
Nassouiae app. dipl. num. CLXI. p. 296. Partes ab
arbitris factas quilibet sibi et suis heredibus adquisuit.
Ottoni natu minori electione data, at enim adiectum
fuit: ordinamus, quod castrum in Nassove et Comicia
per totam prouinciam, quae appellatur Eynriche, curia
in Nassove cum omnibus iuriis et appenditiis suis ad
ipsum castrum pertinentibus, Bechien et Solzbach cum
omni iure suo ratione dominii permaneant indiuisa. Ex
quibus omnino argumentamur, diuisionem fuisse minus
plenam, vt adeo successio mutua inter hos fratres eorum-
que familias remanserit. Indubitate quidem signum
retentae communionis existimatum fuit, si vnu loco
omnium aut homagium a subditis aut feudum a domino
suscepit; successore autem, communionem solo diu-
isionis pacto retentam, documenta medii aequi demon-
strant. Conradus de Trimbberg an. 1280 apud SCHVL-
TESIVM T. I. der neuen diplomatichen Beyträge p. 45.
ait: quod nos et sororius noſter Comes Hermannus tu-
nior de Hennenberg ac hereditate noſtra Trimphberg
sequebraſi sumus taliter, quod excepto medio caſtro
Trimphberg, quod dicitur in vulgari Mannleben et ex-
cepto quod dicitur Burgleben in Salbeke et quicquid eſt
ex altera parte fluii qui dicitur Synnetz, cetera omnia
pertinencia ad praefatum caſtrum Trimphberg tam in
proprietatibus quam in foederalibus, quaefitis et non
qua-

quaesitis debemus aequa et simul sine omni scrupulo et litigio diuidere et partiiri. Extincta gente dominorum de Trimberg an. 1376. posteritas dicti Comitis ex iure materno petiti nonnulla feuda ex hac ratione: sie waren gesessen in ungeteilten Lehen mit Hern Conrad von Trimberg seligen und dieselben Lehn wern uf sie erstorben, daz kein neber Erb da wer, dann sie, obtinuitque in iudicio Imperatoris aulico sententiam atque millionem in feuda T. I. Hist. Henneb. p. 478. num. XXV. et XXVI.

- 7) A genuinis iuris patrii principiis exulat omnis fideicommissorum notio, quae ex iure peregrino petita, perperam ad territoria Germaniae adcommodata fuit. Quod si fundamenti loco ponis communionem territorii ac feudi, atque huic addis noua paetia, quibus gentes illustres illam communionem sancierunt, facile euitabis errores, in quos incidere oportet, qui ex legibus peregrinis nescio quid demonstrare audent. Originem horum paetiorum igitur recte repenit ex divisione minus plena IOH. CHRST. RICHTERVS *diff. de fideicommissis familiarium illustrium et nobilium Germaniae p. 6. not. a.* cui addi meretur HENR. HERSEMEIERI *libellus de paetis gentilitiis familiarium illustrium atque nobilium Germaniae Maguntiae 1783.* editus, qui quidem alia via incensit, vterque tamen auctor, vt alios, qui nouissime ediderunt, adhuc tamen nisihi in manus non venere, taceam, huic doctrinae nouum incrementum attulit.

§. 18.

De ordine succedendi in feudo.

Contingere poterat atque contigit, vt plures feudi successores diuisione instituta familias propagarent, eisque nouae feudi iam diuisi singulis partibus placerent diuisiones, iam igitur extincta familia feudoque ad agnatos re-

K 3

deun-

deunte, quaestio oriebatur, vtrum aliqui, et quinam? praerogatiuam successionis habent, an omnes aequali iure gaudenter? et admissa tali sententia, quo ordine succederent. Ius Romanum cum feudorum successio introduceretur et ordinaretur, nondum occupauerat iudicia parium, in que Germania adhuc incognitum erat, eaque de caussa in definiendo successionis ordine nullam vim habuit, nec habere potuit. Quamobrem non personarum viuentium, graduu[m] ex lege peregrina computandorum habita fuit ratio, sed natura duce, partium diuisarum, ita vt pars vacans ad partes non vacantes, deficiente successore, rediret et consolidatio oriretur. Itaque ex re existimatus fuit ordo et modus succedendi feudalis, non ex personis. Quot igitur partes feudi olim diuisi propriis possessoribus constituae fuerant, tot partes portionis iam vacantis siebant, vt quaelibet familia iure quodammodo accrescendi in partem vacantem vocaretur. Quamobrem neque personae in singulis familiis numerabantur, vna enim erat portio feudi, cui accresceret, vna familia, quae succederet; neque aetatis aut proximiratis ex gradu personae habebatur ratio, quia successio non ex persona, sed ex re oriebatur¹⁾. Itaque duplex caussa erat probanda et communio feudi diuisi et agnatio, quae adeo iurciurando, memoria per vetustatem deleta, asseri poterant²⁾. Atque haec est, quam viri docti, recepto iure

Lon-

Longobardico et mota quaestione super ordine succedendi in feudo, LINEALEM dixere successionem, quemadmodum altera, in qua sola proximitas personae secundum ius Romanum spectatur, GRADVALIS vocata fuit. Quod si vero in eiusdem familiae posteritate casus successionis incidebat, ut feudi possessor absque herede moreretur, nullus quidem reliquarum familiarum concursus oriebatur, sed eiusdem familiae propagines sibi inuicem succedebant. Vtrum in his personarum fuerit habita ratio, an totius posteritatis ab eodem parente descendantis quaeritur. ius succedendi in feudo natalibus adquisitum ad posteritatem transferebatur, idque individuum, quoad casus successionis non existebat, inde efficiebatur, ut posteritas vnius parentis successionem haberet iure familiae, ideoque tot partes fierent, quot patres cum parente extinctae lineae diuiserant³⁾. Quare non potuit non cessare et graduum computatio secundum personas, et singulorum in eadem familia proximitas. Tandem idem succedendi modus, feudo ad unam familiam delato obseruatus fuit.

Itaque firmissimis nititur principiis successio feudorum linealis, adcommoda ad naturam successionis in feudo, conueniens et aequitati moribusque maiorum et successorum diuidentium menti, ipsique adeo Longobardorum iuri⁴⁾, neque vila vnuquam dubitatio mota aut

orta fuisset, nisi iuris Romani studium praeueluisse, atque inde et peruerfa applicatio ad successionem feudalem tentata et ex cortice verborum Romanorum a iuris Longobardici auctoribus ad rem Germanam exprimendam incaute exhibitorum defensa fuisset⁵). Inde orta fuit duplex quodammodo schola, una quae familiarum seu linearum in successione feudorum proximitatem spectandam esse statuit, altera quae ex rationibus iuris Romani personas et gradus numerari iubet. Evidem per medium aevum in Germania illam solam successionem praeualeuisse reperi, hanc autem ex interpretibus Italica manare facile demonstrari potest⁶). Linealis igitur successio, legibus moribusque maiorum conueniens, non potest non regulam ordinis succedendi in feudo, praefalsa legum peregrinarum interpretatione, hodiisque constituere. Ipsa quoque legum feudalium historia docet, successionem feudorum in Germania ex lege Italica repeti nec posse nec debere, ex quo apparet, in Germania ordinem succedendi in feudo, non ex peregrinis, sed patriis moribus promendam esse. Quanquam enim vtrumque ius, si recte interpreteris, in ordine et modo succedendi conspirat, discrepat tamen in causa et fundamento, ideoque ius Longobardicum tristes illos diuisionum effectus ignorat, per consequens etiam modos diuidendorum feudorum antea explicitos, et quae inde originem cepit, simultaneam inuestituram. Neque tamen non

passim

passim reperiuntur successionum exempla, quibus ab ipsis regulis recessum fuit, quae ex proprio iure explicari oportere manifestum est ²⁾. Quare regulas illas interpretatione legis Conradiæ in Germania anno MXXV. editæ, atque fori disputatione usque receptas, turbare nec possunt nec debent, multo minus autem computatio graduum ex iure Quiritium successioni feudalí, Romanis ne fando quidem auditæ, inferri potest.

- ¹⁾ TABVLIS an. 1414. IOANNES III. Comes Rhenanus in der Ausführung des Rheingräfl. Grumbach- und Rbeingrafenstein. Erbfolgsrechts app. p. 94. ait: Darauff antworten ich Iohann obgenannt daz ich derselben Wappen und namen eyn rechter Erbe bin, als von alter Deylonge und WIEDTERZVFALLE des Schlosses und Wapen Dunen und Kirberg. Egregie in hoc loco verbum RECASVS, naturam successionis exprimit. Itaque olim plures iureconfulti, qui et Romana et Teutonica iura didicenter, collateralium in feudo successionem pro iure accrescendi habuerunt, ut neque personae neque graduum, sed portionis ex pristina diuisione haberetur ratio. Atque ita SCHRADERVS de Feudis P. VII. cap. I. no. 28 seqq. rem proposuit. Si cui id obscurum videatur, in memoriam reuocet modum, quo ususfructus collegatario accrescit. AVCTOR operis: Die Gemeinschaft, als ein wahrer Grund der Erbfolge und der einzige Grund der Lehnfolge der Seitenverwandten app. num. XI. p. 441. tabulas an. 1403. attulit, quibus controuerchia de apertura feudi inter dominum et agnatos mota deciditur, verba haec sunt: und kam da für mich und die vorgesagten manne der vor- genant Gerige von Bach In fürsprechen wize von unsers vorgl. gnedigen Heren dez Margraven wegen und clagt uff alle von Schouwenburg, die teil an derselben Vestin betten, wie daz sie demselben unfern Heren dem Marggraven entwerten und vorbilten den teil uff der- selben

selben Burge der Ludwig Winterbachs seligen war, und meynte die wile er ane libis Lebens erben abgangen were und auch von Geburte nit von Schouwenburg were, von keiner Sippehaft und auch weder von Schilt noch von Helme, So wer Ine derselbe teile, diewile Schouwenburg von Ine zu Leken ruret, verfallen, anerstorben, und ledig worden, als ein eigen Gute sine Heren billichen verfallen solt. — Dagegen stundent Bernhart und Rudolff von Schouwenburg von aller von Schouwenburg wegen mit Mache und mit irem fürsprechen dar, dor wz Reinbold Kolbe von Stouffenberg vorgennant der antwurt daruff von ihnen wegen und sprache, wie das Ludwig Winterbach selige von Geburte einr von Schouwenburg were und sin Vatter und sins Vaters Vater waren von Schouwenburg geboren, darzu bettent sie ein stark Gemeynschafft miteinander an der Vefsin zu Schouwenburg und an dem Berge, an dem Velsen an dem Mantel an Muren Porten an Brucken und Graben an der Cappeln an der Drinckstuben daselbs, an Wege und an stege, an walt Wasser und an weyde, und wer anders kein sündherit da, wan das Ir vordern, und sie sundere Husere und wonunge da bettent und die werent vor Zyten ussgezeichnet, wo ir yeglicher mit sine Wibe und Kindern ire Husse und Gemache betten, und als schier Ir einr für sin türe keme so wer er uss ire Gemeynschafft und uss Ire Almenden, und haben auch dieselbe Gemeynschafft alle Ire Vordern von Schouwenburg iwwelten alfo berbrachte, lenger dan yeman verdencken mochte, und woltend darumb tun, was die Manne zu dem Rechten erkanten. So wer auch keine Leben Herren nyc kein teile daselbs verfallen noch Ingeben, und Ine auch nyc me von andern iren Leben Herren in solicher maß zugespochen worden und getruwt Gott und den Rechten, derselbe teil were Ine in Ire Gemeynschafft verfallen und kein Leben Herrn Feudum reis addicetur: getorstend die von Schouwenburg alle die zu ihren togen kommen waren und die teil und gemeyn an Schouwenburg haben Ir yeglicher befunder einen eyte zu den Heiligen sweren, daz Ine kunde und wissende sy, daz sie und alle Ire alte Vordern eine soliche Gemeynschafft zu Schouwenburg Inne und berbracht haben in der Maß als vorgeschrieben stet etc.

Pauca

Pauca addam. Duo igitur ex tota familia nomine omnium agnitorum, non sibi, sed toti familie successionem feudi petunt, non se aut vnum alterumue in communione cum extincta familia vixisse, sed totam familiam aiunt, hanc ipsam communionem et successionem a communi parente repetunt, portionem vacantem rediisse in communionem, *were ine in ihre Gemeinschaft verfallen*, statuant, tandem toti familie adiudicatur feudum. Nonne hic corpus et familia agit? plures adfunt, sed nulla de proximitate inter ipsos disputatio, nulla legitimatio ad causam, sed agnatio familie et communio feudi spectatur. Linea igitur, id est, posteritas vnius parentis agit, vincit, succedit. Sed forte ita inter ipsos conuentum? verba addam: *des sollen sie geniessen, doch also daz der obgenant unser Herr der Marggrafe denselben Ludwig Winterbachs von Schouwenburg seligen teil, eine von Schouwenburg liben sol, wem er wil, den teil und Gemeyn an dem Schlosse zu Schouwenburg bette.* Itaque domino datur electio, quem nomine omnium inuestire velit, non igitur ei, qui forte gradu proximior fuerat. Deinde si plures concurrent lineae, quarum posteri in eodem gradu sunt constituti, etiam interest, vtrum in capita, an iure lineae in stirpes succedatur. Illud exemplum dabit AVCTOR operis: *Die Gemeinschaft als ein wahrer Grund der Erbfolge* — p. 33.

- 2) REINHARDVS Comment: *de successione feudali absque simultanea inuestitura num. I. p. 67.* tabulam iudicati anno 1398. scriptam, edidit, qua lis secundum agnatos contra dominum, qui partem feudi diuisam iure apertuae petierat, deciditur his verbis: *Dagegen stund Wilhelm Humel von Stauffenberg in fur sprechen wiſe von aller von Stauffenberg und ſin ſelbs wegen und antwort uf die vorgeschrieben Clage und Rede, daz er und die von Stauffenberg hofstend und getruwtent, und auch nit anders wiſtent, dann daz dergelbe teil in der Burge zu Stauffenberg, den Hans Selige von Widdergrin geloſſen betde, dem obgenannten meinem Herren nit verfallen noch ledig worden wer, wann ſie und alle ire Altvoordern bisher uf diſen bütiigen Dag und also lang alz daz yeman fürdechte, in rechter Gewere und Gemein-*

Gemeinschafft gesessen weren und auch kein Teile an derselben Burge nit verfallen noch ledig möcht werden, alle die wil daz einer von Stauffenberg lebte, der von yren Wapen were, und Gemeine mit ine betde, und wer auch allewegen also herkommen, und sprach auch der obgenant Wilhelm und Wir sind en auch also hie, und wollen auch daz also behaben nach der Manne Herkentnisse. cf. TABVLAE 1389. in opusc. Obnum-
flüsliche rechtliche Auszüge der Herrn Grafen von Leitungen Westerburg, gegen die Herren Grafen zu Lein-
gen Hartenberg app. num. XIII. p. 16.

- 3) Tabulas desiderantem remitto ad PREVSCHENII Ausführung, dass die Lebnsfolge der Seitenverwandten in theilbaren Lehnern nach den Stämmen und nicht nach den näbern Graden zu beurtheilen sey. Erf. 1751. et in CARL FR. ZEPERNICKII Sammlung auserlesener Abhandlungen aus dem Lehnrechte T. III. p. 227. atque ad alterum eiusdem PREVSCHENII scriptum: Beyträge zur Erleuterung der Successionsordnung in deutsche Reichsländer apud SCHOTTVM T. I. des iuristischen Wochenblatts p. 443. nec non ad HENRICVM OELRICHS in comment. de iure et ordine suc-
cendi collateralium in feudis et bonis Stemmatiis — Goett. 1789. 8vo.
- 4) Princeps locus in iure Longobardico est II. F. 50. quem ME PRAESIDE interpretatus est KALBIVS, VIR CONSVLT. diff. de successione feudorum non secundum ius representationis, sed linearum praerogatiuum ordinanda Lips. 1782. Alias rationes in iure Longobardico interpretando initit DANZIVS in libro: Versuch ei-
ner historischen Entwicklung der gemeinrechtlichen Erbfolgeart in Lebne Struttgardiae 1793. in oītēnis edito, sed nec in reliquis locis, nec in hoc in primis, cuius explicationem p. 226. dedit, verum sensum reperiisse videtur. Quod si enim vim verborum: OMNIBVS EX HAC LINEA DEFICIENTIBVS, OMNES ALIAE LINEAE AEQUALITER VOCANTVR, aestimes, duae insunt positiones yna: OMNES ALIAE LINEAE VO-
CANTVR, nimirum ad successionem in feudo extinctae linea, sed nunc modus succedendi in his lineis desi-
nien-

nendus erat, inde altera: omnes alias lineae AEQVA-
LITER vocantur, quod verbum tam natura sua, quam se-
cundum alios iuris Longobardici locos, partes succe-
dentium significanter exprimit, ideoque tribus lineis su-
perstitibus, tres portiones ex feudo siant necesse est.
Quare nihil deest, quod aut potuisse aut debuisse adii-
ci, sed breui et accurate res decisâ fuit. Etenim ver-
bum AEQUALITER ad lineas relatum iam excludit
graduum iuris Romani computationem et singularum
personarum proximitatem, contradic̄tio enim foret, li-
neas aequaliter succedere, et proximiorem cum defun-
cto ex una altera linea reliquias excludere.

- 5) In libello: *primae lineae hermeneuices iuris feudalis Longobardici Lips. 1790* proposito, de verborum interpre-
tatione cap. II. dixi, quam non ex mente et sensu iuris Romani, sed ex legibus moribus seculi XII.
hauriendam esse monui. Isti enim auctores aueupari solebant syllabas iuris Romani tum resuscitati, atque interdum ex similitudine aliqua iura diuersa verbis Romanis, puerorum instar, exprimebant. Sed si quis ex legibus Romanis horum locorum sensum vellet cruere, et naturae rei repugnaret et inuerso ordine procederet. Iustinianus et reliqui iuris Romani auctores nullam vim in iure feudali explicando habere possunt. Vtriusque iuris, Romani et patrii, peritus sit oportet, qui felici conatu in his iuribus explicandis versari cupit. Iam enim facile, quae iuri patrio, tanquam unus alterius pannus adiuta fuerunt, secerni possunt. Atque omnino meminisse debemus illum locum non fuisse legem, sed formam ex iure antiquo receptam tradidisse, ideoque eius interpretationem ex moribus maiorum promendam esse. Melanchton urbem in Saxonia DÜBEN vocatam, ut ne aures offendaret, THEBAS appellare consuevit, quas si quis in Graecia quaereret, nac vehementer deciperetur.
- 6) LVDEWIGIVS T II. Dipl. et Motorum p. 207. recte iudecavit, linealem successionem esse Germanicam, gra-
dualem Latio propriam. Vtriusque scholae auctores, non quidem omnes praecipios tamen, allegauit SCHNAV-
BERTVS V. CL. ad BOEHMERI principia iuris feu-
dalium

dalis P. II. p. 475. Linealem successionem insigni perspicuitate VIR ILLVSTR. FÜTTERVS P. II. der Erörterungen des deutschen Staatsrechts (1791.) nuper propositum.

7) RUDOLPHVS R. an. 1273. litteris inuestitutae super Comitia Burggrauiae Norimbergensis apud IVNGIVM de Comicia Burggrauiae Norimbergensis p. 7. aliosque ordinem succedendi ita definitivit; concessimus in feodo non solum sibi sed etiam ex liberalitate et gratia speciali Mariae filiae suae vxori Ludouici junioris Comitis de Oettingen et ceteris filiabus eiusdem Burggrauii, sic tamen si eandem Mariam liberos sive masculos sive feminini sexus babere contingat et decidere ipsum Burggrauium sine liberis virilis sexus, quod eadem feoda remaneant apud Mariam et liberos suos exclusi ceteris filiabus Burggrauii memorati, sed si ipsa Maria liberos non babuerit dicta feoda ad reliquas filias Burggrauii ipso mortuo devolucentur; si vero ipsum Burggrauium temporis processu filium babere contigerit vel filios volumus, quod cessante gratia facta suis filiabus, filius vel filii sui succedant in viuensum ius, quod datus Burggrauius, pater corundem, habuit in feodis memoratis. Add. tabulae anni 1281. apud HERRGOTT in codice prob. Hist. Austr. num. 600.

§. 19.

De origine et natura successionis ex iure primogeniturae.

Experientia, optima iurium magistra, gentes Germanorum edocuit, ex diuisionibus territorialium feudorumque magna mala tam in populos ipsos, quam in familiam, quid? quod in totam redundare Germaniam. Quamobrem variis modis easdem praecauere, tandem in multis feudis penitus proscribere studuerunt.

Iure

iure natalium adquirebatur successio, pluribus igitur eodem natalium iure instructis, non poterat non prioritas temporis, quae praeoccupationem aliquam ipsa natura duce continere videbatur, praerogatiua, iuribus caeteroquin aequalibus, tribuere, ideoque maiores nostri naturali et ciuili ratione in eum in primis incidere successionis ordinem, qui primogenitura appellatur. Memoria pristinae consuetudinis, qua unus, plerumque senior, munus patris sortiebatur, non ubique obliterata, illam ipsam adiuuabat, neque fratres primogenito praerogatiua successionis concedere grauabantur. Intellectis igitur commodis ex individua feudorum successione prouenientibus, non gentes solum, quae periculum huius successionis fecerant, eandem refinendam et amplifandam statuerunt, sed aliis etiam, ut id ipsum imitarentur, exemplo fuerunt. Atque ita initium rei saluberrimae factum est. At enim generali lege ordo succedendi paulo ante traditus nunquam mutatus fuit, ideoque ius omnium et filiorum et linearum aequale, ad nostram usque manauit aetatem, donec mutatio recepta probatur.

In beneficiis, quae munus administratio nemque coniunctam habebant, mox ab initio caueri solebat, ut ne diuiderentur, sed senior solus, si muneric administrationisque capax foret, succederet. In feudis igitur aduocatiae, ministeriorum, iurisdictionum tam individui-

tas,

tas, cum plures aduocatos, ministeriales et iudices habere incongruum, immo naturae munieris repugnans videretur, lege, pacto, priuilegioque saepe statuta, quam senioris praerogatiua, excluso fratrum concursu, recepta fuit ¹⁾. In feudis castrenibus, quae a communi feudorum natura parum recedebant, ius omnium liberorum aequale fuit, neque tamen non ex variis caussis et indiuiduitas et vnius successio saepe obtinuit. His igitur caussis exemplisque vrgentibus et concurrentibus, paulatim effectum fuit, vt in feudis imperii maioribus successio secundum praerogatiuam natalium, privilegio, pacto ²⁾ atque in Electoratibus lege publica constitueretur. Initia huius successionis in haec tempora incident, at seculo XVI. et sequentibus demum vbiique fere admissa receptaque fuit ³⁾.

Noua haec succedendi ratio omnino mutationem aliquam in iure et ordine successionis effectit. Iam enim regulam definiri oportuit, vt omnes propter indiuiduitatem feudi a successione et corporali possessione exclusi, ius succedendi natalibus adquisitum retinerent, sufficeretque proprietatis solius absque possessione et compositione communio. Itaque condoninium gentilitium, quoad' proprietatem, infractum mansit, maiori natu nihil praeter possessionem, recturam et fructus tributo, posseflore autem sine herede feudi mortuo, ius plu-

plurium agnatorum ex iure natalium et temporis prioritate, non eorum, qui nunc de successione disputant, sed patrum, a quibus sanguinem habent, deriuari debet. Itaque fundamentum successionis ex communione proprietatis, praerogativa inter plures aequali iure praeditos ex prioritate natalium, ordo et modulus ex iure lineae oritur. Proximitas gradus et ius representationis, vti in vniuersa feudorum succeſſione, ita etiam in hac, quae iure primogeniturae regitur, exulat.

1) cf. IVS FEVD; SVEV. cap. 137. §. 1. TABVLIS anni 137. in App. der rechtlichen Auszäge der Herrn Grauen von Leiningen Weißburg num. 2. p. 2. arbitri aint: daz man zu Recht niemand dann einen Landgrauen haben soll, der soll ein Landrichter seyn und auch also Herkommens ist von Recht, dass ibr ein vor Sein Bruder beſafs und hat die Landgrafschaft und die Landgericht, daffe er der aelteste war, bis auf sein Tode. Ex his rationibus fratri seniori Comitia cum pertinentiis addicxit. Hoc loco iudicium intelligi, non territorium, monuisse sufficiat, incredulum ad HEVMANNVM de vera vocis Comeciae significatione, remitto. De reliquis non dicam, adlocatas diuidi non debere, constituit IVS PROV. AVSTRIACVM apud LVDEWIGIVM T. IV. dipl. et mēor. p. 18.

2) A. B. cap. 7. et cap. 20. In his locis de primogenitura in Electoratibus seruanda confitui manifestum est, in Saxonia plures acceſſerunt tabulæ huius succeſſionis stabilendæ cauſa, TABVLA PRAGENSIS Rudolpho I. Electori Saxonie anno 1355. AVREA BVLLA SAXONICA Rudolpho II. Meti anno 1357. AVR. B. FRANCOFVRTENSIS Wenceslao El. 1376. tandem Sigismundi A. anno 1414. CONFIRMATIO Alberto III. exposita, de quibus omnibus ME PRAES. differuit VIR. GENER. DE PRASSE Spec. Iur. Publ. Sax. Historiam et Iuria suffragii Electoralis Saxonici — ab

anno 1355 usque ad interitum Ascaniadarum in familia Electorali Wittbergica, complectente. Lips. 179¹. dixit.

- 3) FRIDERICVS I an. 1156. in Austria iam individuam successionem constituit, apud SENCKENERGIVM de t/su frequente iurium Germ. p. 123. idem repetit RUDOLPHVS I. charta anni 1283 apud SCHROETTERVM P. V. Iur. Publ. Austr. num. I. idque ALBERTVS I. apud DVMONTIVM T. I. P. I. Corp. Dipl. p. 322. his verbis firmavit: quod primogenito nostro et suis heredibus ab eo descendantibus ducatus Austriae et Stiriae hereditarie pertinebant, salvo tamen secundo genito et aliis minoribus liberis nostris iure sibi competenti vel competituro, si Ducem decidere forte continget sine liberis. Plura omnium seculorum exempla, colligit HOFACKERVS in comment. de originibus et fatis successionis ex iure primogeniturae in familiis illustribus Germaniae Goett. 1771. Neque tamen non cuiusvis scriptoris est, origines et progressus primogeniturae in patria sua inuestigare atque ea simul, quae individuo successionis iure continentur territoria diligenter inquirere. Constat enim a territorio ad territorium, a familia ad familiam concludi non posse. Opusculum: Historische Ausföhrung über das Gesetz der Unthiblichkeit und des Erstgeburtsrechts in dem Württembergischen Fürstenhause, 1789. editum, mihi non praeter eundum videtur. Viam praeiuit HOFFMANNVS in specimine historiam et ius unionis territorii Württembergici siccante Tub. 1754.

CAPUT VI.

DE SIMVLTANEĀ INVESTITVRA.

§. 20.

De origine et progreſſu simultaneae inuestiturae.

In historia feudorum enarranda piaculum foret, inuestituram simultaneam, rem tanti momen-

momenti in vniuerso feudorum iure, praeterire. Itaque eandem breui persequar.

a) *Caussae introductae simultaneae inuestituae.*

Communio, ex qua sola ius succedendi in feudo dabatur, propter plura quibus premittitur incommoda, saepe retineri non poterat, divisionem institui oportebat, aut ut rixae et bella in ipsa gente euitarentur, aut ut familiae segreges maioribus commodis potirentur; neque tamen non ante oculos obuersabantur tristissimi diuisionum euentus, possessoire partis diuisae sine feudi successore mortuo. Varia quidem iam inuenta fuerant remedia, quibus aut mederetur, aut praecaueretur isti malo, nec tamen satis semper tuta aut pro lege recepta, ideoque exempla feudorum ex pristina diuisione apertorum agnatis ex eadem gente superstibibus, vsque ad Maximilianum I. A. reperimus. Itaque seculo XIII. nouum remedium, quo amissa feudi communio aut recuperari, aut divisione facta retineri, aut adquiri adeo poterat, inuentum et propter utilitatem paulatim receptum fuit, idque appellarunt simultaneam inuestituram^{1).}

b) *Qui simul inuestiti dicantur.*

Manu coniuncta inuestiri dicuntur, partim ii, qui feudum successione alioue modo simul

L 2

adqui-

adquisum aequali iure aut ipsimet simul aut per seniorem prouassallumue accipiunt, vt et possessio cum administratione et utilitas cum proprietate omnibus pro indiuiso tribuatur ²⁾ partim ii, qui eadem quidem inuestitura comprehenditur, vt feudum in communione habeatur, iuribus tamen feudi communis ita distributis, vt unus sit et habeatur vassalus, reliquis in communionem successionis causa vocatis ³⁾. Prior species ex ipso communione hausta anxie inuestigari non debet, posterior autem in fraudem iuris antiqui, quo diuisio successionem perimere statuitur, inuenta fuit. Cautela enim, qua partitio feudi imperfecta fieri dicebatur, in terris iuris Saxonici recepta non fuit, atque interdum etiam a dominis feuda aperta petentiibus reiecta, expectantia autem arctissimis limitibus circumscripta, vt nouo iure ad certam successionis spem obtainendam opus videretur.

y) Progressus simultaneae inuestiturae.

Per gradus quosdam propagata fuit simultanea inuestitura in successione feudorum. Primum admissa et recepta fuit in liberis, eaque species pro antiquissima haberi debet ⁴⁾. At vero quid liberis opus fuit simultanea inuestitura, ipso iure ad successionem feudi vocatis? Paucos expedire posse quaestione cognoui, sed supra diximus communionem feudi et successionem ad liberos ante adquisitum feudum natos,

natos, non pertinuisse, ideoque primum necessitatis, deinde utilitatis causa in communionem feudi per inuestitaram recepti fuerunt. Successionis causa ad omnes quidem liberos feudi capaces ante feudum a patre adquisitum aut post mortem eius natos prolati fuit, nec tamen mos patrum cum liberis inuestiri desit utilitatis causa. Tali enim pacto nulla plane dubitatio de successione moueri poterat ⁵⁾. Quod quum feliciter procederet, adeo ut neque dominus neque vassallus spem succedendi infringere valeret, fratres et agnati in oblationibus praediorum idem ius a domino sibi stipulari coeperunt, quod quia pro lege oblationis erat, denegari non poterat ⁶⁾. Quemadmodum igitur ante oblationem praedii mutuum ius succedendi ex communione, etiam absque possessione et compossessione corporali, competitabat, ita nunc eadem erat successionis in feudo ex inuestitura simultanea ratio, ut adeo haec succedendi spes, quae alioquin morte domini et vassalli exspirabat, ad posteritatem propagaretur. Prolatum fuit hoc ius ad plures species. Primum enim fratres et agnati, qui feudum commune partiti fuerant, a domino impetrare solebant, ut omnes communiter, quasi diuisione facta non fuisset, inuestirentur, quilibet tamen seorsim partem possideret suam; aut si vni feudi concessum fuerat, ut reliqui tali modo in consortio feudi propter certissimam successio-
nis spem retinerentur, aut in pristinam feudi

communionem diuisione amissam perentamque restituerentur ⁷⁾). Porro placuit interdum iis, qui feudum primitus adquirebant, aut spe slobolis procreandae aut successore feudi carentes, ut omnes simul inuestituram manu coniuncta impetrarent, quid? quod fratres agnatosque, atque adeo extraneos in communionem feudi reciperent, licet prima adquirendi cauſa ad eos non pertineret, iuribus tam circa feudum, quam successionem inter hos ipsos passione iam definitis ⁸⁾). Tandem eousque processum fuit, ut feudo iam constituto, qui neque natalium neque alio iure ad successionem feudi vocati fuerant, in communionem feudi coniuncta manu reciperentur ⁹⁾). Itaque per hos gradus processit simultanea inuestitura, ut liberorum cauſa inuenta, primum ad agnatos in offerendo feudo applicaretur, quia et haec erat prima feudi inuestitura et par fere agnatorum atque liberorum ratio, deinde ad successores feudi, communionis retinendae et recuperandae gratia propagaretur, tandem in feudo nouo et antiquo, pro modo adipiscendae communionis et successionis admitteretur. Tot formas induit iuris feudalnis commentum, quod primitus sola fere necessitas exprefferat ¹⁰⁾.

7) Antiquissimum exemplum simultaneae inuestiturae plerumque existimatur, quod GEORG. LVD. BOEHMERVS Obs. Iur. Feud. p. 231. ex tabulis anni MCCCVII. excitatuit, sed aliud eiusdem tamē seculi de anno MCCCIII. attulit

attulit STRVEENIUS T. I. der rechtlichen Bedenken num. 88. atque omnino antiquiora exstant. TABVLIS an. 1245. apud GERKENIUM T. V. Cod. Dipl. Br. p. 76. Marchiones Brandenburgici inuestiuntur ab Episcopo Halberstadiensi: *in solidum, QVOD CONIVNCTA MANV, appellatur*, et T. I. p. 241. *charta an. 1250.* quam etiam DREGERVS Cod. Pom. dipl. p. 324. edidit, Dux Slauorum Barnim, ait: *recognoscimus nos omnia bona nostra a dictis Marebionibus feodatiter tenere, castrum et terram Wollgast et insuper omnia bona nostra una cum sanguineo nostro domino Wurlao MANV CONIVNCTA receperimus ab eisdem.* Alius exempli de anno 1275. meminit SCHWARTZIUS in Hist. Feud. Ruziae et Pomeraniae T. I. p. 220. Antiquissimum exemplum, quod mihi inter collaterales innotuit, est in charta an. 1231. apud LVDEWIGIVM Comment. ad A. B. T. I. p. 312. et DREGERVM c. L. p. 149. num. LXXXVII. Albertus II. Marchio Brandenburgicus anno 1220. duobus filiis, Ioanne et Ottone, relictis deceperat, Ioannes et Otto more seculi terras paternas inter se diuiderunt quidem, memoris autem iuris feudalnis, Ioannes, referente FRIDERICO II. petiti inuestitaram: *quatenus marchiam Brandenburgicam cum omni honore et pertinentiis suis et alia feoda, quae quondam Albertus, Marchio Brandenburgensis pater eius de manu nostra et imperii possidebat, quemadmodum eidem Alberto genitori suo et heredibus eius privilegium liberalitatis inde concessimus, una cum ducatu Pomeraniae eidem Ioanni et OTTONI FRATRI SVO, SI IPSVM IOANNEM PRAEMORI CONTIGERIT, ac heredibus viriusque concedere et confirmare de nostra celstitudinis gratia dignaremur.* — Divisio inter utrumque fratrem omnino intercessit, prodiere enim duas familias, quarum terras recentuit GERKENIUS T. II. der vermischten Abhandlungen no. VII. maior natu autem tota marchia inuestitus fuit, fratre eiusque heredibus in simultaneam inuestitram assumitis. Res igitur adest, sed verbum deest. Caussam et finem optime declarant TABVLAE anni 1307 apud BOEHMERVM, quibus Ioannes Dux Saxoniae Comites Holstiae inuestit: *totam terram Holstiae et Stormariae* — contulimus manu unanini, quae sambe Hand in vulgo dicitur, iure seu titulo feu-

dali, et non obstante eo, quod praecedentes terrae et dominia sue diuidantur, aut saltem inter hos Comites maneant indiuita, nihilominus cuicunque heredi dicti domini Comitis aut eorum heredes aliquam partem terrarum assignare et diuidere voluerint, eidem confermis iure feudali, seruata et obtenta manu unanimi, sicut superius est expressum.

- 2) Haec utriusque iuri, tam Germanico quam Longobardico, est communis, effectu tamen discrepans. Illa enim parit successionem mutuam, haec non, nisi ex communione sanguinis iam competat aliae ex causa adquiratur. *Il. F. 12.* ita: *si duo fratres de uno beneficio et non de paterno simul inuestiti fuerint, uno sine herede defuncto, ad alterum non pertinet eiusdem beneficij portio, nisi facta sit inuestitura eo pacto.* Hunc locum et quosdam alios interpretatus sum in **SPECIMINE hermeneutico iuris feudalis ad Il. F. 26. §. vlt. Il. F. 49. I. F. XX. et II. F. 12.** *Lig. 1790.* Ius Germanicum multis probari potest documentis, prodeat AVCT. VET. de Benef. cap. I. §. 83. REPGOVIVS Iur. Feud. cap. XXXII. AVCTOR Iur. Feud. Alem. cap. LXV. §. 1. et 2. Ex hac compositione oriri mutuam feudi successionem, atque feminam adeo et clericum pari iure cum masculis et laicis vii, idem Ius Alem. cap. III. §. 3. et 4. et cap. LXVIII. probat.
- 3) Ignorant Longobardi hanc speciem simultaneae inuestiture, quamvis non desint, qui eius vestigia *I. F. 20.* verbis: *nisi per inuestitram a domino ordinatum fuerit, vt frater succedat fratri, si mortuus fuerit sine herede masculo;* atque *I. F. 3.* reperire sibi vihi fuerunt. Sed prior locus de feudo novo iure antiqui concessio, posterior de expectantia traxat, utramque autem formam ab inuestitura simultanea iuris Germanici differre, intellectu perquam facile est.
- 4) Duplex erat ratio inuestiture cum liberis obtainendae. Prima haec erat, ut pater et filii nominatim inuestirentur pro se et hereditibus suis, exemplo sint TABVLAE an. 1278. apud SCHVLTESIVM T. I. der neuen diplomatischen Beytrage p. 44, vbi Dynastae Trimbergenses aiunt:

aiunt: conferimus praeditis Ottoni (patri) et Ottoni (filio) et ipsorum heredibus omnia bona in saepe dicta villa Wurburgbusen, quae a nobis in feodo descendunt inre feodali in perpetuum possidenda. Deinde poterat ita ordinari haec simultanea inuestitura, ut pater solus possessionem haberet et fructus. Hoc probat AVCT. VET. de beneficii cap. I. §. 89. IVS FEVD. SAX. cap. 35. IVS FEVD. ALEM. cap. 68. Liberos patre mortuo feudum renouare oportuiss. his ipsis locis statuitur. Quod si vero pater et liberi in communione possessionis erant, renouatione inuestiturae opus non erat, quale exemplum exstat apud WILCKIVM in Ti-cemanno in charta anni 1289. no. 62. cui alterae tabulae apud SCHANNATVM Client. Fuld. p. 204. addi debent.

- 5) Tabulis an. 1354. apud GERKENIVM T. V. Cod. Dip!. p. 33. pater cum sex filiis inuestitur: zu gesamenter Hand und unverfiedlich, vt exempla T. VI. p. 471. in primis p. 491. taceam. Aliud exemplum Comitum Hennebergicorum apud SCHVLTESIVM T. II. Hist. Henneb. p. 115. anno 1335. occurrit.
- 6) Diplomate an. 1290. apud ANT. MATTHAEVUM in notis ad res Ultraicel. p. 98. haec leguntur: sciant uni-versi, quod Florentinus Comes Hollandiae et ego Theodoricus dominus de Altena allodium, quod iacet in Zuybollandia et Woudrichem et in Oette, quod pertinet ad castrum meum de Altena et homines infra terram meam ad castrum meum de Altena pertinentes tor-namus, ego et consanguineus meus, Wilhelmus de Hor-ne communii manu a dicto Comite Hollandiae. Praeterea cetera bona, quae tenui ab Hollandia et bornagium sibi feci liberum ab omnibus praeter Romanum imperium. Quandocunque vero Comes dicto castro indigebit, mittet ipse suos supra castrum de Altena et sedem ibi habebit. Quicunque vero nostrum scilicet ego et consan-guineus meus absque herede moritur, alius praefata bona, quae communii manu tenemus in feudo a Comite, so-lus retinebit. Tabulis anni 1383. apud LÜNIGIVM T. II. Corp. Iur. Feud. p. 547. consanguinei simultanciam inuestituras in oblatione feudi fortiuntur, idemque ex

L 5 char-

charta an. 1387. apud SCHILTERVM in Comment. ad ius Alem. p. 314. intelligitur.

7) Duces Pomeraniae anno 1295. terras suas diuiserunt quidem, sed retenta communii manu, eundemque in modum Principes Rugiae inter se partiti sunt, teste SCHWARTZIO P. I. p. 245. et p. 258 qui aliam anno 1372. institutam diuisiōnēm p. 443 sub eodem modo refert. Comes Hennebergicus, Hermannus VIII. tribus filiis relictis decesserat, hi feudorum successores per duodecim annos communiter vixerant, sed placuit anno 1274. partiri, tabulae diuisiōnis quidem non exstant, res tamen certa est, historiamque narravit SCHVLTESIVS T. I. *Hist Henneb.* p. 73. Hanc partitionem tuisse plenam perfectamque ex vniuersa huius gentis historia intelligitur, eaque de causa perenta fuerat mutua linearum a tribus istis fratribus satarum successio. Bertholdus XII. et Hermannus V. anno 1315. terras suas, teria tamen linea non recepta, iunxerunt atque per simultaneam inuestituram tabulis anno 1366. auctoritate Caroli IV. successionem recuperarunt, verba diplomatici apud SENCKENBERGIVM Meditt. Iur. p. 593. haec sunt: *wir haben ihnen beyde miteinander alle die obgenannte ihre Leben und Güter, die sie von uns und dem Reiche hatten und zu Leben haben von unsrer sonderlichen Gnaden mit rechten Wissen und kaiserlicher Macht samlich verliehen und vericichen also, wo ihrer einer stirbe, dass er ebeliebe Leibeslebenserben hinter ihm nicht liesse, dass dann alle dieselben Lehn auf den andern und seine Erben ohne alle Hindernisse gefallen sollen.* Bertholdo, ultimo lineare Hartenbergica anno MCCCLXXVIII. sine successore feudi mortuo, feuda eius ad alteram lineam, Aschanensem ex simultanea inuestitura devoluebantur, linea tertia, nimirum Schleusingensi, quae ius simultaneae inuestiturae non impetraverat, exclusa. Evidem exemplis parco, vt chartae parcam, ne commentarii nostri vltra modum extendantur. Plura enim inuestiturarum coniuncta manu factarum exempla, praesertim ex seculo XIV. et sequentibus vbique reperiuntur. *Charta an. 1323. apud LÜNINGIVM T. I. Corp. Iur. Feud. p. 925. Henricus et Güntherus fratres, Comites Schwarzburgici, conjuncta*

iuncta manu inuestiti fuerunt a Ludouico IV. atque idem Imperator Tabulis an. 1325. apud LVDEWIGIVM T. II. Dipl. et Mctorm p. 273. Henricum Comitem Schwartzburgium inuestiens ait: *tibi, fratribus ac patruis viris uniuersa et singula feoda, quae ante dictus quondam pater tuus a nobis et imperio in feudum renum et recipit, insimul et coniunctim conferimus per praesentes.* cf. CHARTA an. 1349. T. II. Dipl. et Mctor. p. 307. SCHILTERVS de simultanea inuestitura cap. II. SCHVLTESIVS T. I. Hist. Henneb. p. 601.

- 8) Hanc formam receptam fuisse atque adhuc obtinere certum quidem est, nec tamen primam eius originem iam tradere aut indagare vacat. AVCTOR Iur. Caef. P. III. cap. 12. eius certe meminit. Vfsum in terris Megapolitanis testatur RVDLOFFIVS P. II. p. 409. LVDEWIGIVS de iuribus feud. cap. VI. qu. 3. et 6. huius formae meminit, nec tamen originem inuestigauit, confudit potius feudum iure antiqui datum cum adoptione simultanea inuestitorum.
- 9) Tabulis an. 1362. apud SCHILTERVM ad Ins Feud. Alem. p. 328. Marchio Badensis, accedente Caroli IV. auctoritate, Rupertum seniorem Electorem Palatinum sibi recepit simultanea inuestitum his verbis: *zu einem Gemeinem genommen in die obgenannte Leben und hat die mit ime einmitiglich zusamm geleget, also dass er dieselben Leben semmlich mit yme tragen soll in solcher bescheidenheit, ob der egenannte Marckgrafe Rudolf also sterbe, das er eheliche Libes Erben Mannes Geschlechte hinter yme nit ließe, daz denne de egenannte unser Schwaiger A. Ruprecht dieselben Leben erben soll an alle binderniss.* Duo alia exempla in tabulis eiusdem Imperatoris an. 1361. apud GLAFEY Anecd. p. 627. et p. 636. occurunt. Nobilissimum in hoc genere exemplum est, pacium confraternitatis inter Principes Saxoniae atque Hassiac auctoritate CAROLI IV. A. anno 1373. initum ex quo haec verba dabo: *Dennach haben wir unsfern Oheimen Friedrichen, Balthasarn, und Wilhelmen, Marggrafen zu Meissen und Landgrafen zu Thüringen das Fürstenthum und Landgrafschaft zu Hessen mit seinen Fürstl. Ehren, Rechten und Würden,*
Graf-

Grafschaften, Herrschaften, Mannschaften etc. — — und auch hinwieder gleicherweise unsern Oheimen, Heinrichen und Herrmann, Landgrafen zu Hessen, die Fürstenthum der Margrafschaft zu Meissen und der Landgrafschaft zu Thüringen, mit iheren Fürstl. Ehren, Rechten und Würden etc — als rechten natürlichen und gleichen Mirgeerben und Gemeinern geliehen — also dass sie furbas — an beyden Seiten und auch iher beyder Theile rechte Manns- Leibes- Lebus- Erben, ewiglichen gleichen rechte und erbliche Mirgeerben und Gemeiner Lehen und rechter geweby ihrer Fürstenthum, Grafschaften, Herrschaften etc. seyn, heissen, und bleiben sollen. — Und ob es zu Schulden kommt, dass die obgen. unsre Oheime, Friedrich, Baltasar und Wilhelm, Margrafen zu Meissen etc. — oder die obgen. Heinrich und Herrmann, Landgrafen zu Hessen etc. obne rechte Mannes- Leibes- Lebens- Erben verschieden; so sollen ihre Fürstenthum etc. auf die vorgen. Margrafen — oder Landgrafen — als auf ihre rechte natürliche Mirgeerben, Gemeinere und ungesonderte Brüder erblich und ewiglich gefallen. Itaque pacto successorio non solum auctoritas Augusti et domini confesus, sed simultanea etiam accepit inuestitura. At enim mutuam successionem in feudis imperii ex solo pacto auctoritate Imperatoris inito declarat exemplum an. 1289. apud AVCTOREM operis: Bericht vom Adel in Deutschland (Pref. 1721. 4.) app. num. VI. vbi RVDOLPHVS I. ait: *Quia nobiles viri Vlricus de Hanoviae et Henricus de Wilhoviae Comites, dilecti nostri fideles in nostrae maiestatis praesentia constituti inter se ordinatione mutua statuerint, ut si alterutrum eorum dispositione diuina sine heredibus legitimis de medio emigrare continget, alter alteri legitime succedere debeat in feodis easfrenibus sive feodis aliis quibuscumque, quae tenere a nobis et imperio noscebantur. Nos dictam ordinacionem, utpote per manum nostram et ex nostro assensu factam, ratam habemus et gratiam et praesentibus approbamus.*

- 10) LVDEWIGIVS diff. differentiae iuris communis et Saxonici in simultanea inuestitura Halae 1722. edita, in causis et originibus simultaneae inuestiturae cruendis plane

plane alias securus est rationes, atque in opere: *Iura feudorum Romani Imperii*, inscripto cap. V. qu. 7. p. 324 omnia aeuo, inquit, illud est testificium, quod in utrisque in provincialibus feidis atque in ipsis imperiis Principatibus ac Dynastiis gentilitia successio ante obtinuerit, quam ab illis susceptus sit nexus clientelaris. Deinde in his ipsis clientelis possessor nihil alienare aut vertere potuerit in aliis statim, nisi consensu agnatorum gentiliisque idque cognitiois ergo, non simultaneae inuestituree. Quid? quod antiquissimis temporibus exsaurerit eius renouatio. Ut taceam simultaneas larvas, non veterem Saxoniam habuisse, sed recentissimam Misnensem stirpem, multo minus his fascinatam fuisse praefigiis Germaniam vniuersam. Deinde quedam alia addit, vt demonstraret, e Misnia manare vnum simultaneae inuestituree. Quantopere haec absint a veritate historica vel ex iis monumentis intelligitur, quae antea allegauimus, et mox allegabimus. Marchiones Misniae iam seculo XIV. quum de Electoratu Saxonico adquirendo spes appareret nulla, simultaneam adoptarunt inuestituran, vt tristes diuisionum effectus declinarent, ipsi enim Comitatum Brenensem regnante Rudolpho I. ex hac causa amiserant, ideoque iactura domestica edociti cautiones legitimas id est, simultaneam inuestituran adhibuerunt. Monimenta quedam excitabo nota 2. ad §. 21. Ludewigius, vt colorem quereret doctrinae suae, exemplis quibusdam vtitur, vbi consanguinei allodium obtulerunt, simultaneam inuestituran stipulantes. Hoc largior in fraudem agnatorum allodia offerri non posse, sed illa ipsa stipulatio demonstrat satis, quam necessaria fuerit simultanea inuestitura inter agnatos.

§. 21.

De natura simultaneae inuestiturae et successionis inde competentis ordine, nec non eius ambitu in feudiis Germaniae.

Praeter natales legitimos iure feudali antiquo, nullus erat modus adquirendi feudorum success-

successionem. Quae enim post diuisionem imperfectam petebatur successio, ex pristino natalium iure repeti, simulque id ipsum ius diuisione non peremptum fuisse, demonstrari oportuit. Simultaneam inuestituram praecessit successio ex pacto cum seniore in casum aperturae inito, sed haec succedendi spes multis moeis interuerti poterat, ut taceam alterutrius, stipulatoris aut promissoris morte, exspirasse. Pinguius tutiusque medium recuperandae et adipiscendae successionis feudalis comminiscendum erat, quod idem atque legitimis natales ius in ipso feudo radicatum tribueret. Reperta igitur est simultanea inuestitura, qua duplex continetur pactio, una cum possessore feudi, qua communio substantiae datur¹⁾, altera cum domino, qua ipsa successio, iure illius extincto, indulgetur²⁾. Itaque ex simultanea inuestitura idem ius oritur, quod ex legitimis natalibus, nisi quod possessor sibi et suae posteritati praerogatiuam possessionis et utilitatis forte et aliorum commodorum stipuletur.

Quod ad modum succedendi attinet, inter plures simultanea inuestitura praeditos, nihil innouatum reperio. Qui enim manu coniuncta inuestiti fuerant, aequalem succedendi spem sortiebantur, instar filiorum iure natalium ad feudi successionem vocatorum. Quamobrem si, successionis casu existente, simul inuestiti superuinebant, aequaliter succedebant,

alio-

alioquin cuiusuis stirps et posteritas absque graduum computatione iure lineae in partem parentis vocabatur³⁾). Itaque etiam inter hos successionem linealem obtinuisse medii aevi monumenta docent. Ius enim simultaneae investiturae individuum, pacto et promissione adquisitum, non potuit non aequali iure ad cuiusuis propagationi posteritatem, atque hic numerare gradus, est calumniari successionem.

In successione liberorum nihil praeter ius natalium spectatum fuit, nepotesque feuda aucta iure lineae diuferunt⁴⁾, in omnialio successionis casu petitorem demonstrare oportuit communionem feudi aut ex pristina natalium causa retentam aut iure simultaneae inuestiture adquisitam. Curiae clientelares, si de agnatione constabat et pristina feudi communis possessione, item fere iureiurando agnatorum definiebant, praesumtio tamen erat, diuisionem fuisse perfectam. Quare contendere ausim usque ad Maximilianum I. A. in feudis imperii reglam iuris antiqui obtinuisse, neque quamquam agnatorum ad successionem feudi admisum fuisse, nisi commuuationem ex legitima causa demonstrauerit. In iis feudis, quae iure Saxonico vtebantur, sola successio ex coniuncta manu admissa fuit, ius enim antiquum divisione quacunque perimi successionem, semper retentum fuit⁵⁾, sed in reliquis Germaniae terris ac feudis communio natalium iure adquisita

sita et retenta eandem vim ac potestatem habuit⁹⁾). Nullus enim adhuc iuris Longobardici usus in feudis imperii cernitur, ideoque successionem ex sola sanguinis caussa reperire non memini. Caeterum monere iuuat omnem feudorum diuisionem consensu Imperatoris aut domini factam semper innoxiam fuisse, atque adhuc esse, neque referre, siue praecesserit siue subsecutus fuerit. Itaque confirmatio diuisionis vim simultaneae inuestiturae habuit aut si maius, effectum diuisionis imperfectae, ut et communio feudi et successio inde competens talua esset. Itaque saepe instar priuilegii vassallis potestas diuidendi feudi absque omni detrimento data fuit, neque dubitari potest, quin talia priuilegia hodieque vim effectumque habeant, siue praeteritas iuste, siue futuras diuisiones. Sed haec animaduertisse sufficiat, reliqua persequar.

- 1) Id formulae satis indicant, *in die Gemeinschaft des Lebens setzen, aufnehmen, zu einem Gemeiner setzen, veluti apud WÜRDWEIN T. VI. subf. dipl. p. 243.*
- 2) Inde ipsa simultanea inuestitura interdum appellari solet das Gedinge, quia dominus expectantiam addit pacto communionis, quod aliquin in fraudem eius valere non posset. Exempla praebeunt litterae inuestiturarum an. 1408. apud SCHILTERVM ad Ius Feud. Alem. p. 336. vbi: und haben yme die vorg. Schlosse, Dorffere Guter in rechtem Gedinge zu lehen verliehen. Tabulis anni 1343. apud GERKENIVM T. II. Cod. dipl. p. 562. vtrunque verbis expressis iungitur.
- 3) Vno exemplo rem illustrabo. Mortuo Friderico Graui, Marchione Misneni et Landgrauio Thuringiae, eius filii,

filii, feudi successores Fridericus, Balthasar et Guilielmus in communione per plures annos persisterunt, Friderico praecipuas partes agente. Partitio aliqua seu administrationis distributio anno MCCCLXXVIII. secundum tabulas apud LÜNINGIVM Arch. Imp. P. Spec. Cont. II. p. 191. ita facta fuit, ut vnu Thuringiae, alter terrae Orientali, tertius marchiae Misnenfi praecepsit, sed paetio haec temporaria fuit, mortuo autem Friderico Strenuo an. 1381. sequente anno diuisiō inter eius filios et patruos instituta fuit; ut tolleretur omnis terrarum communio, exceptis Friburga vrbe cum metallifodinis. Tabulas edidit HORNIUS in vita Friderici Bellicosi p. 657. in quibus legitur: *wir bekennen und thun kund öffentlich daß wir alle unser Fürstentum, Herrschaft, Land und Leute in dry Teyl geschicket und gefündirt haben.* Itaque hac diuisione mutua successio sublata fuit. At enim ut ne posteritas inde affligeretur, Balthasar cum liberis fratris defuncti simultaneam vtriusque partis ineffectuarū anno 1386. impetraverant, testibus tabulis apud HORNIUM num. 41. et LÜNINGIVM Arch. Imp. T. VIII. p. 196. Wilhelmo ab hac communione excluso. Placuit etiam vtrique fratri anno 1387. redintegrare communionem. *Litterae Herrn Balthasars und Wilhelms Landgrafen in Thüringen und Markgrafen in Meissen Vereinigung wegen ihrer Lande apud LÜNINGIVM T. VIII. Archiv. Imp. p. 193. seqq.* exstant, quibus ait Wilhelmus: *Wir haben Uns mit unserm lieben Bruder Ern Balthasar vereinet und unser einer dem andern sein Fürstenthumb, Herrschaft, Land und Leute gemacht und wieder zusammen gelegt, verba: vereinet, gemacht, wieder zusammen gelegt, naturam huius conuentioonis egregie exprimunt et redintegrationem pristinae communionis et effectum significant, modo ne verbum gemacht, pro vermacht accipias ultimamque interpreteris voluntatem.* At vero duo huic pacto, ut plenum haberet effectum, accedere debebant. Balthasar cum fratribus filiis iam communionem inierat auctoritate domini firmataim, quare stipulabatur Guilielmus: *auch soll unser lieber Bruder schicken und bestellen daß unsere Väter die lehn, als er sie mir bekommen hat, ohne Verzug von dem Reich wieder ufflassen und sich des verzeihen und unsern fallen,*

follen. Id autem efficere non potuit Balthasarus. Itaque anno MCCCCHI. nouum pactum, cui vtriusque fratri nepotes accesserunt, initum fuit, quod apud LÜNIGIVM T. VII. p. 196. tali rubro exstat: *der alte Fürsten von Thüringen und Meissen geschworene Erbvereinigung oder Zusammenlegung ihrer getheilten Lan-*
de. Cautum his tabulis de mutua successione, sed quum
haec sine noua Imperatoris indulgentia sperari non pos-
set, simul conuentum: Wir — sollen auch einander ge-
treulich beholzen sin, so wir bestre mugen, dass wir mit
denen obbeschriebenen Landen samtblieblich belebnet werden
ohn allen Verzug und Gefehrde; Guilielmus Marchio
anno 1407. sine herede decepsit, Balthasare anno prae-
cedente iam defuncto, agnati, quamvis simultaneam in-
vestituram nondum impreauerant, ex illa ipsa conuen-
tione occuparunt eius terras, sed in tabulis diuisionis
an. 1410. apud LÜNIGIVM T. VIII. p. 204. et HOR-
NIVM p. 762. iterum conuentum: Wir obgenannte
Friedrich, Wilhelm und Friedrich sollen auch einander
getruwelichen beholzen sin, so wir bestre mugen, dass wir
mit den o'eschriben Landen semplichen belebnt wer-
den und unser dheiher sal sich ane den andern nicht be-
lebten, belebnen lassen. Fridericus Bellicosus quidem
omnem nauauit operam, vt simultaneam inuestituram
pro tota gente sua obtineret adiitque adeo anno 1417.
Sigismundus A. in comitiis Constantiensibus, nec ta-
men tum id perficere potuit. Tandem autem res solli-
citudinis et virilitatis plena anno 1420. perfecta et in-
vestitura simultanea Pragae fuit obtenta. Litteras dabit
HORNIVS c. l. num. 246. atque ab hoc tempore simulta-
ne Marchionum Misnenium inuestitura ad posterita-
tam propagata fuit. Quare etiam Guilielmi portio,
quae stricto iure pro feudo aperto haberi potuisset,
optimo iure ad eosdem Marchiones iure possimini re-
diit. Est autem illustre exemplum, quod simultaneam
inuestituram in feudis imperii receptam edocet. Sed ex
hac ipsa simultanea inuestitura linealis successio obserua-
ta fuit. Etenim cum incideret successio in portionem
Guilielmi anno 1407. aderant duae lineae una Frideri-
ci Strenui, in qua Fridericus Bellicosus et Guilielmus,
altera Balthasaris, in qua Georgius solus computabatur.
Si gradus numeres, eosdem deprehendes, sed ex gra-
duum

duum successione tres portiones fieri debuissent, neque tamen non diuisione anno 1410. instituta duae dimicatae factae fuerunt, neque existit quispiam, qui aliter diuidi posse vel per somnum cogitatet. Cautum etiam fuit: Wir haben auch uns vereiniget und verbunden dass also ob unser einer Parthey ohne Leibes lehns-Erben abgienge von Todtes wegen, dass dann derselben Parthey Fürstenthums, Herrschaft Land und Leute an die andere Parthey und ihre rechte Liebes-Lehns-Erben ledig kommen gefallen sollen. Itaque LINEA, FAMILIA, PARTHEY succedit, non singuli, proque linea unus Balthasaris filius numerabatur. De successione in ducatu Megapolitano ex simultanea inuestitura dixit RVDLOFFIVS P. II. p. 647.

- 4) Vno exemplo hoc quoque illustrabo. In SENTENTIIS SCABINORVM LIPSIENSIVM editioni Zobelianaæ Speculi Saxonici de anno MDLXXXV. folio 540. causus refertur talis. Necio quis procreauerat tres filios, quorum primus quinque relicis filiis, alter nullo, tertius uno successore feudi reliquo, superflite patre, decelerat. Hoc quoque mortuo inter liberos primi et tertii quaestio exorta, vtrum feuda auita secundum capita, an stirpes diuidenda forent? fuitque responsum: Auf solche Frage ist kürzlich zu antworten vor Recht, dass genannter N. der Großvater seine nachgelassene Lebhengüter auf seines jüngsten vorverstorbenen Sohnes Sohn, die Helft, und die andere Helft auf seines eltesten vorverstorbenen Sohns fünf Söhne, also dass alle seine nachgelassene Lebhengüter auf zwey Teil geteilt werden und ein Teil seines jüngst verstorbenen Sohns Sohne und die andere Helft seines eltesten vorverstorbenen Sohns Söhnen folgen sollte, gebracht und gesetzet hab, es wäre denn Sach, dass sich aus der Belehnung, so von demselbigen N. bescheinigt, befindet, dass seine Lebhengüter nach seinem Tode auf seiner vorverstorbenen Söhnes Söhne zugleich fallen sollten, denn sollte solches, was sich also aus gehöriger Belehnung, das nach seinem Tode einem ieglichen seiner vorverstorbenen Söhne Söhnen zufallen sollte, befindet, auch einem ieglichen billig folgen, von Rechts wegen. Easden rationes in successione collateralium incundas esse LVD. BOEHMERVS opusc.

opusc. de ordine succedendi ex iure primogenituriae inter
coinuestitos in feudis imperii §. VIII. his verbis statuit:
illud primo ex condoninio, pluribus in inuestituram
simultaneam receptis, successionis causa constituto, prob-
abilis ratione defendi potest ius unicuiusque coinuestiti
iure transmissionis delatum in eius descendentes, ut
quot fuerint coinuestitorum stirpes, in tot stirpes delata
sit feudi successio.

5) cf. SENCKENBERGIVS *Medit. Iur. et Histor. Med.* III.
RICCIARDVS AB ANTIQVIS apud IENICHEN *Theſ. Iur. Feud.* T. I. p. 299. GERKEN. P. I. der vermischt-
ten Abhandlungen num. III. et num. VIII. p. 169.
Quam solliciti fuerint Princeps Germaniae de simultanea inuestitura, regnante Maximiliano I. exemplis declarabo. Gens Ascania maximo suo detrimento per
plura secula diuisionum effectus neglexerat, sed anno
1495. a Maximiliano A. apud LÜNIGIVM P. Spec.
Cont. II. p. 187. insigne impetravit priuilegium huius
tenoris: *wir thun ibnen auch hiermit die Gnade, ob sie*
*Vorfordern, Eltern oder sie, welche Theilung ihrer Herr-
schaften gehan hatten oder ihre Nachkommen in künf-
tigen Zeiten thun würden, dass ihnen solches an ihrem*
gesamten Leben unschädlich seyn sollen. Idem priuile-
gium a Friderico III. impetravit dominus Mecklenburgica
testa RVDLOFFIO Vol. II. *Hift. Mecklenburgicae*
p. 754. Vim huius priuilegii explicare meum non est,
terras amissas ex hac cauſa recuperari non posse, faci-
le intelligitur, an euueniente apertura ex illo priuilegio
repeti possint, non disquirro. Erneftus et Albertus, duo
Serenissimae Gentis Saxonicae adhuc florentis Satores,
poſto diuisionis an. 1485. apud LÜNIGIVM P. Spec.
Cont. II. p. 246. prudenti confilio hanc adiecere clauſu-
lam: *dass sie in gesamten Leben — unzertrennt mit*
einander ſitzen, feyn und bleiben wollen. Atque fe-
quente anno 1486. Fridericus III. A. non confirmauit
ſolum diuisionem, sed vtrumque etiam et diuisis et Hal-
fiaciis terris inuestiuit apud LÜNIGIVM T. I. Corp. *Iur.*
Feud. p. 599. ex quibus litteris clare intelligitur, funda-
mentum successionis in communione poni, atque Imper-
ator maiores inuestitos fuſſe ait: *Namentlich mit*
aller Ordnung und ſolennität, ihre auch nach Abgang
wel-

weiland desselben Herzogs Wilhelms von Sachsen, ihrs Vetter, verlassen und auf sye erstorben Fürstenhum und Lande, nemlich die Landgraeftschafft zu Duringen des Orts zu Francken und andern obciürt abermals in Gemeinschaft zur Lehn verliehen, deinde confirmata diuisione illa vtrumque fratrem inuestiuit: samentlich und stunderlich.

- ¶ Huc pertinent, quae disseruit FR. IGNAT. WEDEKIND
de inutili ad successionem in feuda Principum imperii
simultaneae inuestiturae cum pacllo et prouidentia maiorum
nexu, Heidelbergae 1760. rec. 1778.

C A P U T VII.

D E F E V D I S A P E R T I S E T
E X P E C T A N T I I S.

§. 22.

De feudorum imperio apertorum collatione.

Late patet per hoc tempus in historia iuris feudalium tam feudorum apertorum collatio, quam spes succedendi in feudis nondum apertos induita. Cum enim gentes Germanorum illustres et propter bella, quibus ipsi Principes operam dabant, et propter clericatum, cui plures se dicare solebant, et propter ipsam rem angustam domi, quae impedimento erat, quo minus omnes matrimonium inirent, adeo ut interdum, a rectura territorii exclusi omnibus nuptiis renunciarent, saepius mascula prole deficerent, eaque ratione feuda ad liberam Imperatoris collationem redirent, frequens munificen-

ficientiae materia inde orta fuit, qua Imperatores suae posteritati consulerent, aliosque sibi imperioque obstringerent. Familia enim emortua Imperatores ex prisco diuisionum iure feuda aliis conserte nitabantur, quo magnam quidem gentes illustres saepe passae sunt iacturam, nec tamen invito feudorum iure¹⁾. Itaque exempla feudorum imperio apertorum perquam multa per hoc tempus existere multaque gentes adhuc florentissimae, si non originem, certe splendorem ac potentiam iis acceptum ferunt.

RUDOLPHVS I. in comitiis Augustanis anno MCCLXXXIII. filios suos, Albertum atque Rudolphum Austriae, Stiriae, Carinthiaeque Ducatibus, feudis imperii apertis, ab Ottocaro Rege Bohemiae, iniusto detentore recuperatis, inuestiuit²⁾, atque idem Augustus Electori Saxonie Rudolpho contulit: *Comitias in Brebn et in Witthin et omnia alia feuda sibi et imperio vacantia et vacantes ex morte Ortonis Comitis de Brebn, ex regali beneficentia*³⁾. LUDOVICVS BAVARVS post Waldemari et Ioannis Electorum Brandenburgicorum mortem, filio suo Ludouico Marchiam Brandenburgicam, feudum apertum concessit⁴⁾; nec praetereundus est ducatus atque Electoratus Saxonie, qui defuncto Alberto III. ex gente Ascania ad imperium reuersus SIGISMUNDI auctoritate Fride-
rico Bellicofo, Misniae Marchioni an. 1422.
col-

collatus fuit ⁵⁾, vt taceam Henrico Carinthiae Duce anno 1335. sine herede feudi mortuo, ducatum cum feudis adiunctis, auctoritate Ludouici Bauari ducibus Austriae, iure feudi aperi-
ti, cessisse, filiae Ducis Henrici ditione Tyro-
leni permissa ⁶⁾.

His igitur exemplis satis edoceatur, quan-
tam vim in vniuersum imperium atque illustrium
gentium salutem habuerit feudorum apertorum
collatio. Quod si vero non extra omnem du-
bitationem positum erat, vtrum feudum morte
possessoris iure aperturae ad liberam Imperato-
ris potestatem recierit, vtputa si agnati feudum
petentes aderant, neque satis de pristina diui-
sione aut primae acquisitionis lege, priuilegio-
ve gentis et familiae constabat, reuocanda erat
haec quaestio praecidicialis ad iudicium Princi-
pum, quorum nunc erat, quid iustum iniu-
stumque videretur, pronunciare. Guilielmo IV.
Comite Hollandiae anno 1345. sine liberis
mortuo, quaestio ab agnatis mota, an comita-
tus iure feudi aperti ad imperium reuersus fue-
rit? atque Ludouicus IV. pro tribunali in orna-
mentis imperialibus sedens exquisiuit a pleris-
que Romani regni Principibus, quid de comita-
tus Hollandiae successione ipsis videretur, de-
cretumque fuit, vacare eum imperio, quia
Wilhelmus Comes absque liberis deceperisset ⁷⁾
et contrario cum Albertus Austriacus anno 1299.
Post mortem Ioannis, Hollandiae comitatum,

tam iure, quam gladio ad sacrum Romanum intenderet reuocare imperium, eundemque Ioannes Hannouiae Comes peteret, Rex pro confirmatione pacis hunc ad Principum sententiam vocauit, venienti autem Hollandiae comitatus iure feudi traditus fuit⁸⁾.

- 3) SCHEIDIUS T. IV. *Origg. Guelf.* p. 70. et in praef. §. 7. queritur de iactura dividendis terris domini Brunfusensi illata, sed an ylla gens maiora damna ex temerariis feudorum partitionibus fenerit quam Ascania, vehementer dubito.
- 2) PHILIPPVS LAMEACHERVS in opere: *Oesterreichisches interregnum oder Staatsgeschichte der Lande Oesterreich, Steuer, Krain und der Windischen March von dem Todesfalle Friedrichs des Streithabren letzten Herzogs von Oesterreich und Steuer des Babenbergischen Geschlechts bis auf die Einsetzung der neuen Herzoge des Durchblautigsten Hauses Habsburg mit Urkunden erwiesen.* Viennae 1773. 4to hanc historiam optime enarravit.
- 3) Tabulas edidit ECCARDVS His. Gen. *Principum Saxon.* Super. col. 92. quicum iungi potest MÜLLERVS in *Theatro Imper.* regnante Friderico V. p. 325.
- 4) Chartas annorum 1324. et 1328. exhibuit LVDEWIGIVS T. II. Dipl. p. 270. et 274.
- 5) CAROLVS VAN DER IAHN in diff. ME PRAESIDE anno 1793. habita: *de ducatu atque electoratu Saxonico post mortem Alberti III. ultimi ex familia Ascaniarum Vittebergeni Electoris in Fridericum Bellicosum Marchiem et Misnensem collato, ex monumentis et iuribus medii acui dixit.*
- 6) cf. GÉRARDVS ROO *Annal. Austr.* Lib. III. p. 91.
- 7) MAGNUM CHRONICON BELG. apud PISTORIVM T. III. SS. Rer. Germ. p. 303.
- 8) TRITHEMIUS Chr. Hirsaug. *ad annum 1500.*

§. 23.

*Ius conferendorum feudorum imperio apertorum
penes Imperatorem fuisse enarratur.*

Incidit omnino quaestio in cuius arbitrio et potestate feudorum apertorum collatio fuerit posita. Iure novo id definitum et extra dubium positum esse, inter omnes constat, sed ex monumentis medii aei in utramque partem disputari cognouiimus. Evidem quid ex tabulis gesisque imperii intellexerim, breui adferam. Ante Rudolphum I. ab arbitrio Imperatoris pendit, cui feudum imperio apertum conferre voluerit, obligatione adeo more maiorum constituta, ut ne retineret talia feuda¹⁾). Contradictio enim videbatur, ut Imperator semetipsum inuestiret, prohibitum autem non erat, quo minus liberos suos atque adeo coniugem suam in clientelam imperii reciperet²⁾). Itaque etiam hoc tempore obtinuit, ut Imperator ex plenitudine potestatis feuda aperta conferret, an utem Principum imperii aut saltim Electorun consensum accedere oportuerit, vna regula censiri nequit. Quodsi enim ex facto ius sumbris, modo consensum Principum³⁾ modo Electorum⁴⁾ commemoratum, modo omnia in Imperatoris placito reposita cognosces⁵⁾. Itaque in tanta actorum adeo publicorum discrepancia, rem aliis argumentis expediamus necesse est. Evidem casus distingui oportere puto. Exorta controuersia, an feudum morte

M 5

pos-

possessoris, qui sine herede deceperat, ad protestatem Augusti redierit, iudicio Principum opus erat, aut in comitiis congregatorum aut ad id ipsum conuocatorum. Quod si igitur prouinciatum fuerat, feudum vacare imperio, ad Augustum quidem redibat collatio, saepe tamen in hoc casu consensus Principum commemoratur, tam ob sententiam a Principibus latam, quam quia Imperatores mox in eodem consensu cuiquam feudum addicere, idque Principibus consentientibus et applaudentibus declarare solebant. Itaque id ipsum tanquam factum in tabulis publicis recenseri solet, quamvis nemo facile dixerit, necessarium ideo fuisse in ipso feudo conferendo Principum consensum.

Sed an Electorum consensus ad substantiam ipsius actus et concessionis necessarius fuerit, dubitari video. Evidem id negauerim, nam praeter exempla feudorum apertorum a solis Augustis collatorum, primum id inde patre arbitror, quia nulla lex exstat, quae libertatem Imperatoris, ut domini directi, his limitibus circumscripserit, quae enim generatim de rebus imperii sine Principum consensu non alienandis passim promissa dicuntur, partim in ius perpetuum non abierunt, partim ad feudorum apertorum collationem non pertinent⁶⁾. Haec enim potestas soli Imperatori ab antiquissimis temporibus competuit, atque feudum apertum Principi imperii indulgere, non erat alienare,

ne

ne in reditu quidem feudi n*on* maioris. Ere publica enim videbatur, conferri i*talia* feuda, cui autem darentur? Imperatori s*ed* iudicium erat atque potestas. Quod si igitur exempla, quibus Principes Electores consensim suum interposuere, pensito et cum rationibus iuris ac historiarum contendeo, intelligere mihi videor, vtilitatis quidem fuisse, adhibere Principes Electores in feudo aperto adquirendo, sed non necessitatis. Atque haec nostra sententia ipsa AVREB^E BULLAE⁷⁾ sanctione adiuuatur, qua statuitur: *si vero aliquem ex i*n*uis modi Principib*us* ipsorum (Electorum) imperio sacro vacare contingeret, tunc Imperator seu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipso prouidere debet et poterit, tanquam de re ad se et imperium legitime deuoluta.* Enim uero si Principium Electorum consensus abesse non potuisset, id sane legis latores, de suis iuribus alioquin solliciti, non omisissent. Neque id mutatum regerio usque ad Maximilianum I. A. Quanquam enim Wenceslao Regi a Principibus Electoribus exprobratum legitur, quod vrbes et territoria imperii alienauerit dissipaueritque, id tamen ad ius conferendi feuda aperta non pertinuit, deinde etiam si id admittatur atque intelligatur ducatus Mediolanensis, non de iure quae- situm, sed de forma et modo questum fuit, ut taceam talia exprobata fuisse a Principibus Regem suum imperio exuentibus, et talibus actis, licet publica sint, vim probandi inesse nego.

Atque

Atque id ipsum etiam in historia sequentium Imperatorum, qui iur e suo in conferendis imperii feudis apertis via fuerunt, satis demonstrat. Quamobrem si quis e re sua existimabat in acquirendo feudo imperii aperto adhibere Principum Electorum consensum, nihil intererat, utrum in ipso negotio consensus accesserit, an ex post facto datum fuerit, ab omnibus simul, an a singulis. Atque ex hac instabili et varia rei tam arduae expedienda forma iam intelligere mihi videor, consensum hunc utilitatis gratia fuisse expeditum. Nullum igitur existat exemplum, quo Principes Electores Imperatoris decreto de feudo imperii aperto conferendo intercesserint⁸⁾.

3) HORVM COMMENT. P. II. Vol. II.

2) LVDOVICVS IV. Margaretham, coniugem suam, inuestit comitatu Hollandiae, feudo aperto, quod ex CHRON. BELG. p. 303. intelligimus.

3) FRIDERICVS I. Henrico Leone exauktorato, Philippo, Archiepiscopo Coloniensi ducatum Westphaliae et Anglicae in tabulis apud LÜNINGVM Arch. Imp. P. Spec. p. 434. contulit: communi Principum et torius curiae assensu. RUDOLPHVS I. ducatum Austriae in comitiis Augustanis ari. 1282, filiis suis Alberto et Rudolphi iure feudi concessit, Principum consensu. MVTIVS in cbr. Lib. XXI. p. 196. ait: anno domini 1282. comitia Augustae celebravit Rudolphus, conuocatis omnibus imperii Principibus. Praeter alia, quae in iis comitiis constituit, Albertum filium suum Duxem Austriae fecit, omnibus Principibus contentientibus. Paucis post mensibus eidem filio dedit ducatus Stiriae. Idem memoriae prodidit STERO Annal. ad an. 1281. et CHRONICON AVSTRALE ad annum 1283. p. 323. LVDOVI-

CVS

CVS IV. diplomate an. 1328. apud LVDEWIGIVM T.
II. Dipl. p. 274. inuenit filiu m suum marchia Brandenburgica, assensu Principum et Electorum et Principum et Procerum imperii.

- 4) RVDOLPHVS I. tabulis inuenit: trae apud BECKIVM
Iur. Publ. Austr. p. 81. ait: de libero et expresso con-
sensu imperii Principiis ius in electione Regis Romani
ex longa consuetudine tenentium, principatus sive du-
catus Austriae, Stiriae et Marchie — — Alberto et
Rudolpho, filii nostris charissimis apud Augsburgam so-
lemniter cum voxillis et solemnitate debita dedimus in
feudum. Aliud exemplum exstat apud MARTENIVM
Theſ. Anecd. T. I. p. 162. SIC HSMYNDVS A. anno
1417. Burgrauium Noricum in marchia Brandenburgica
inuenit, accedente Electorum et consensu.
- 5) RVDOLPHVS I. R. Albertum Dicem Saxonie comitatu Brebnensi inuenit, nullibi autem consensus Electorum
commemoratur, atque idem R ex comitatuum Tirolen-
sem, adiecta Ducis dignatione, Meinhardo, recepta ab
eo magna pecunia, concessit secundum ALBERTVM
ARGENT. apud VRSTISIVM T. II. p. 101.
- 6) Plerumque in hanc rem excitatur ei institutio RVDOLPHI I.
anno 1281. in comitiis Noricis edita, qua cautum fuit:
quod omnia donata, confirmata seu facta, quounque
modo alio de rebus vel bonis imperii per quondam Ri-
chardum, Regem Illavrense autem praedecessores suos in
Romano imperio, a tempore quo lata fuerat in olim Fri-
dericum Imperatorem II. depositionis sententia, nullius
babere debent roboris firmitatem, nisi consensu maio-
ris partis Principum in electione Romani Regis vocem
habentium fuerint approbata. Haec lex in praeteritum
quidem valuit, sed non in futurum. Rationes ex hi-
storia istorum temporum facile intelliguntur, quae quia
regnante Rudolpho I plane locum non habebant; nulla
futuri temporis addita sanctio, ex quo intelligitur ius
antiquum retentum fuisse. Edidit hanc constitutionem
MARTENIVS et DVRANDVS Theſ. Anecd. T. I. col.
169. GEBÄVERVS in Richardo p. 416. ratus quidem
est hoc decretum ipso iure nullum neque unquam pro
lege publica receptum fuisse. Mallem dicere in praete-
ritum

ritum valuisse, sed in ipso iure publico nihil mutasse.
Effectus non expendo, sed illam sententiam omnino legem fuisse, licet in praeteritum latam, ex historia et iure publico mediæ aëui facile demonstrari potest.

7) *cap. VII. §. 5.*

8) FRIDERICVS DE BEVLWITZ comment. de consensu Electorum S. R. I. ad novam feudorum concessionem tempore Rudolph. I. in ipsis veniente Francofurtæ 1553. atque apud ZEYERNICKIVM V. CL. T. I. Anal. Iur. Feud. p. 339. Haec autem, inde a Rudolpho I. in necessitatem abiisse, ut in feudis imperiis concedendis auctoritas Principum Electorum a interueniret, eique consentit FRANC. WALCHIVS de litteris Electorum consensionis testibus p. 14. Adfringitur haec sententia imprimis exemplo Rudolph. I. filios du catu Austriae, adhibito Electorum consenu, inuestientis. At enim huic facto vim probandi inesse nego. Auf tria enim cum adjunctis terris bello solemní imperii Cœtaceo Regi Bohemiae erpta fuerat, atque dubitabatur, vtrum iure feudi aperti ad nouam collationem Imperatoris redierit, deinde armis imperiis ideoque ipsi imperio asserta et vindicata fuerat, eaque de causa omnino ordinum fuisse puto, de his feudis statuere. Itaque omnium imperii ordinum seu comitialis consensus ne cœfari fuit, et iure accessit; at enim non opus fuisse Electorum consensu seorsim interposito, quod enim in sperium de re sibi parta decreuerat, Electores rescindere non poterant, sed maluit prudenterissimus Princeps vtilitatis et securitatis causa sigillarim Principum Electorum consensem requirere. Neque ingle significauit, necessarium fuisse, quid? quod contrarium adeo aliis eiusdem Principis exemplis docemur. Regnante Maximiliano I. moribus receptum intelligitur in concedendis feudis imperio aperti Principum Electorum consensu opus fuisse, quod DATTIVS de Pact. Imp. Publ. Lib. III. cap. XII. p. 618. MÜLLERVS in Theatro Comir. sub Friderico III. p. 322. seqq. WENCKERV Apparat. et Instr. Archiv. p. 7. animaduerterunt, atque ipse AVGVSTVS anno 1495. in ducatu Wirtembergico nouiter tunc constituto agnouit. Inde manauit ART. XXIIII. Capit. ul. Caef. CAROLO V. A. propositae, quo sanctum fuit, vt ne feuda maiora imperio aperta inconsultis Electoribus cuiquam concederentur.

§. 24

§. 24.

De expectantiis in feuda imperii.

Nec usus expectantiarum inde a Friderico II. vsque ad Maximilianum I. A. praeteriri debet. Etenim non agnati solum ius succedendi per diuisionem feudi amissum codicillis Caesareis recuperare studebant, licet in his praeualuerit simultanea uestitura, sed extranei etiam ius successionis in feudis imperii, modo instanti aperturae casu, modo etiam spe successionis adhuc remota, frequenter sibi comparare solebant, felicesque euentus saepe monstrat historia. Enumerare omnes expectantias magni laboris opus, quaedam tamen delibare iuuat exempla. GUILIELMVS A. anno 1253. Duci Brunsuicensi in bona Gunzelini Dapiferi¹⁾ atque anno 1252. Ioanni et Ottoni Ducibus Brandenburgicis in ducatum Saxoniae²⁾ ius succedendi dedit, similemque gratiam RUDOLPHVS I. anno 1274. Emichomi et Friderico de Keiningen in feudi Merkelini de Lindebole, si filius eius sine herede feudi moriatur³⁾ atque Ioanni de Hannouia in comitatu Hollandiae et reliquis Florentini Comitis feudis anno 1276. impertitus est⁴⁾. PHILIPPVS Pulcher anno 1326. fratres suos, Austriae Duces, omnibus feudis aliquando in Burgouia vacaturis investiuit⁵⁾ atque LUDOVICVS IV. anno 1324. filio suo Marchioni Brandenburgico, principatum Anhaltinum, si vacaturus sit aliquando,

Coll-

contulit — inuestiuitque ipsum suo annulo
maiestatis⁶⁾; idemque Augustus Bertholdo,
Comiti Hennebergico, cui Principatum Ru-
giae concesserat, si eodem non sit potitus,
promisit alium Principatum aequae bonum sibi
imperioque primum quoque vacaturum⁷⁾.
CAROLVS IV. anno 1350. Friderico Landgraui
Thuringiae spem succedendi in tractu Cobur-
gensi concessit: diademat, inquiens, sceptro
et aliis regalibus debitis in sede maestatis no-
strae decorati solemniter — hanc nostrae infe-
dationis et collationis gratiam ad magnificos Bal-
thasar, Ludouicum et Wilhelnum, suos German-
anos, si dictum Fridericum seniorem absque here-
dibus et liberis de medio tolli contingeret, fau-
rabiliter extenderentes⁸⁾. Porro FRIDERICVS III.
praeter expectantiam Marchionibus Branden-
burgicis in ducatum Megapolitanum conce-
sam⁹⁾ Alberto Animoso, Saxoniae Duci,
anno 1483, ducatus Iuliae et Montium, in ca-
sum si ad imperium reuersuri sint, propter be-
ne merita indulxit¹⁰⁾. Possent his exemplis plu-
ra alia adiici, sed quilibet codices diplomatum
legendo facile numerum augebit. Quare in
tanta exemplorum multitudine vix de iure
quaeri potest, omnesque hodie consentiunt li-
cuisse olim Imperatori expectantias indulgere,
an autem Principum Electorum consensu opus
fuerit? dubitari video. Qui enim negant pe-
nes Imperatorem fuisse feuda imperio aperta
pro lubitu concedere, inde argumentantur et
collig-

colligunt, idem ius in expectantiis valuisse. At vero primum equidem nego vim aliquam huic inesse argumento, exitus enim talis indulgentiae plane incertus erat, et stricta iuris noui praesertim moribus recepti interpretatio vetat, quo minus ultra id, quod admissum fuit, procedatur. Deinde hanc ipsam potestatis Caesareae limitationem, quantum equidem puto, argumentis sat graubus negauimus, efficitur igitur, vt in concedendis expectantiis libera fuerit Caesarum potestas. Quare regulam esse stabilendam censeo, licuisse Imperatoribus solis in feuda imperii codicillis inuestituraque spem succedendi indulgere, ideoque Principibus, qui a legitimo Imperatore expectantiam in feudum imperii obtinuerunt, ius quaesitum adhuc competere, vt redditu talis feudi ad imperium, successionem petere queant. Iura enim ex tempore, quo adquisita fuerunt, aestimari debere, sana ratio docet, mores imperii confirmant, atque Lex Regia sancit¹¹). Itaque nihil refert, vtrum acceperit Principum Electorum consensus, nec ne, licet non negem in uno altero uero exemplo eundem reperiri. Tantum autem abest, vt consensus vassalli possessoris requiratur, vt adeo disputetur, anne ius titulorum et insignium ei, qui ius succedendi imperauit, simul constitutum videatur¹²). Quanquam hodie dubitari nequit, talem spem succedendi in feudo aperto, ad heredes feudi capaces transire, omnis tamen expectantia ea conditione

N

data

data censeri debet, vt effectum sortiatur, si is, qui successionem impetravit eiusue posteritas superuixerit eo tempore, quo contigerit feudum aperiri. Quamobrem ex his sequitur, vt cum posteritate eius, qui primus expectantiam adquisiuit, exspiret, neque agnatis aliisue heredibus, ab eo, qui primus expectantiam adquisiuit non descendenteribus, multo minus alios successoribus territoriue possessoribus prosit. Vnam exceptionem legibus moribusque fundatam silentio praeterire non possum, quam eo casu adesse puto, si corpori, utputa monasterio, episcopatu, ius succedendi tribuatur. Ipsum enim corpus non moritur, cum ipso tamen monasterio et episcopatu tolli, et extingui nullus plane dubito.

- 1) LÜNIG. Corp. Iur. Feud. T. I. p. 633.
- 2) LVDEWIG. T. II. Dipl. et Mectorum p. 247.
- 3) LVNIG c. l. p. 1014.
- 4) MARTENE Thes. Anecd. T. I. p. 153.
- 5) LÜNIG c. l. p. 702. LVDEWIG Reliqu. T. IV. p. 274.
- 6) LÜNIG c. l. p. 617. LVDEWIG c. l. p. 272.
- 7) cf. SCHVLTESIUS T. II. Hist. Henneb. p. 80. vbi: das wir dem edila Manne Bertholde Grafen von Hennenberg, unsfern liebengezwun beitmelichen und sine Erben durch den Dinst, den er allewege uns und dem Riebe vormals getrauelich getan hat und noch gerbau mag, gelieben haben das Lant zu Ruen mit allen Rechte und Nutze als die Brife sprechen die wir in darüber geggeben habin, und were das dasselbe Lant den vorgenanten Grafen Bertholde und seinen Erbin nicht werden mochte, von welchen Sachen das were oder dehein gut in dannewürde, so globe wir in mit guten trauen, das wir in ein Fürstentum dafür sollen geben und liben als gut als das ege.

CAP. VII. DE FEUDIS APERTIS ET EXPECTANTIIS. 195

egenante Lant zu Ruren iſt, das allir ſchirft uns und
dem Riche ledig wirt an alles Gewerde.

8) SCHVLTESIVS c. l. p. 132.

9) ITTER de feudis imperii p. 565.

10) LÜNING Arch. Imp. P. Spec. Sect. II. p. 14.

11) Capitul. FRANCISCI II. art. XI. §. 12. ex quo uno loco mibi ſatis patere videtur, magni intereſſe, vt instituta et iura maiorum bene noſcantur. Qui enim, niſi harum rerum peritus, interpretabitur verba: und der damaligen Reichsconſtitutionen gemäßen Anwartungen auf künftig ſich erledigende Reichsleben an ihrer Kraft und Bindlichkeit unschädlich.

12) cf. IHRING diff. num expeditiua in feuda imperii ius titulorum atque insignium tribuat? Herhornae 1750. et apud ZEPERNICK T. I. der Abhandlungen aus dem Lehnrechte num. XX. p. 303. Caeterum expectantias Augustae domus Brunfugio-Lüneburgiae recensuit KOCHIUS tr. de Expectat. p. 151. BVDERVS autem indicem dedit: Kurze Anzeige der Lehnbriefe auch Anwartschaften und Confirmationen des Chur und Fürſtlichen Hauses Sachſen Ienae 1757. 4.

CAP V T VIII.

DE INSTITVTIS ET IVRIBVS FEV-
DALIBVS TERRITORIORVM TEVTO-
NICORVM A FRIDERICO II. A. VSQVE
AD MAXIMILIANVM I. A.

§. 25.

*De incrementis, vi et effectu feudalium institu-
torum in territoriis Germaniae.*

Aliquanto diſſicilius eſt generalem institu-
torum feudalium historiam, quae per omnes

N 2 pro-

prouincias vsum habeat, scribere, neque enim vnum alterumue factum narrare sufficit, sed scriptorem oportet ex intima omnium, certe plurimarum, prouinciarum historia ea colligere, quibus progressus et incrementa feudorum continentur, atque inde subductione quadam tam historica, quam philosophica generaliter definire, quae fuerint caussae et rationes institutorum feudalium, quid in vniuersum effecerint, et quae iuris publici atque feudalnis innovations inde processerint. Nullus autem, quantum equidem memini, in hoc genere studium operamque posuit, atque vix unus alterve scriptor, in historia particulari atque territoriali instituti feudalnis rationem habuit¹), vt ne inde quidem suppetiae sperari possint. Quare periculum faciam enarrando breuem feudorum et instituti feudalnis prouincialis historiam, quam lector ad suam prouinciam ita applicabit, vt et tempora accuratius in quoquis territorio definit et institutum ipsum eiusque vim ac potestatem ex monumentis patriae suae illustreret. Digitum intendisse suffecerit.

Regimen iterritoriorum regnante Friderico II. iam firmatum, sed post eius excommunicationem obitumque et ampliatum et munatum fuit, vt quae olim magistratu ac delegata Imperatoris potestate complexa fuerant, nunc iure dominii competenter atque ex ipso territorio orirentur. Maximi momenti fuit per hoc

hoc tempus clientelarum nexus, cardinem enim regiminis territorialis constituit atque inde maxima pars iuris publici territorialis manauit. Iure enim clientelari Principes et vassalli, quasi firmissimo aliquo vinculo, iuncti erant, hi non tam Imperatoris, a quo parum commodi sperare poterant, quam Principis sui, cui praedium, tutelam aliaque beneficia accepta serebant, rationem habebant, illi contra hos adiutores et tutores potestatis suae colebant, pacis decora, belli praesidia. Itaque utrumque intererat foedus amicitiamque custodire, licet inter utrosque perpetua etiam contentio-
nis causa obuerſaretur. Principum enim cura erat, ut clientelam ex beneficio et magistratu ortam in subiectionem ciuilem et imperium conuerterent potestatemque iam superiore tem-
pore partam firmarent, vassalli contra iura feu-
dorum ampliare atque in ipsa territorii rectu-
ra partes adquirere studebant quam maximas.
Quare non potuerunt non inter Principes et vassallos dissidia oriri, praesertim iure, quod ad hanc nouam regiminis formam adcommo-
dari possit, nondum scripto. In hac potestatis contentione ac iurium incertitudine vinculum clientelae Principes inter et vassallos constitu-
tum, impedimento fuit, quo minus, salute pu-
blica neglecta, fundamenta potestatis territo-
rialis iacta, euerterentur. Vassallos enim me-
tus beneficiorum amittendorum, Principes au-
tem contemplatio utilitatis ex forti milium

manu prouenientis intra iustos limites continebat, vt dissidia aut transactionibus aut priuilegiis nouisque iuribus datis componerentur.

Quoad Duces et Comites territoria iure magistratus rexerunt, omnium ingenuorum patria fuere iura, neque praeualuit quorundam potentia, nisi eorum, qui praedia in primis maiora possidebant. Proximum quidem ab his gradum vassalli et ministeriales obtinuerunt, participes etiam consiliorum Principis, nec tam in ipsa ciuitate magni momenti fuerunt, quamvis a republica tractanda plane exclusos non dixerim. At enim maxima harum rerum conuersio, cuius initium iam superiore tempore vidimus, his temporibus euenit. Praeualere enim coepit militia equestris, praesertim ex quo bella tam terris peregrinis illata, quam extra territorium gesta fuere, inde, quae olim ex ministerio seruitioque orta fuerat libertatis imminutio, partim per honorem militiae, partim per possessionem praediorum hereditariorum abstensa ideoque factum fuit, vt milites et ministeriales maximam in territorio dignationem adquirerent atque cum nobilibus territorii eundem obtinerent gradum. Accessit existimatio ni potestas pariter atque auctoritas. Cum enim intelligerent tutelam territorii, quid? quod ipius Principis auctoritatem in manu sua depositam, non solum maiora sibi stipulati sunt in praediis feudalibus iura, sed exegere a Principe suo,

suo, vt cum ipsis de rebus ad territorii salutem pertinentibus consultaret, eosdemque in legibus ferendis, in bello decernendo et pace pangenda adhiberet, atque omnino in consortium regiminis admitteret²⁾. Principes et territoriorum rectores, qui vassallorum manu tam ad auctoritatem apud Imperatorem imperiumque sibi conciliandam, quam ad impetus vicinorum repellendos, carere non poterant, non modo in has vassallorum conditiones concessere, sed numerum adeo eorum, quoad fieri poterat, auxere, vt non praedia solum, quae fere iam distributa fuerant, militibus traderent, sed redditus adeo ex camera, vectigalibus aliisque stationibus pro seruitiis feudalibus adsignarent³⁾. Itaque in singulis territoriis numerus vassallorum pariter atque potentia creuit, nec tamen destituerunt principes potestatem simul firmare suam. At vero quoad nobiles territoriorum, dites et potentes praediorum atque castrorum domini, qui et ipsis milites vassalloisque alebant et arcis adeo armata manu instructas possidebant, numero vassallorum adscripti non erant, vis regiminis intendi et securitas publica muniri non poterat. Hi enim castris, vassallisque sibi obedientiam saepe detrectabant atque ut fortius Principi suo resistere valerent, extraneas adeo clientelas suscipere solebant⁴⁾. Principum igitur multis ex causis intererat, ut maiorum praediorum et castrorum possessores fidem et clientelam territorii subirent. Neque enim solum hoc

N 4

modo

modo impeditabantur, quo minus extraneum dominum maximo territorii incommodo atque detimento sibi adoptarent, sed adstrictior quoque fiebat atque ad territorii commodum aptior clientiae et subiectionis nexus. Quare in id elaboratum fuit, ut et hi fidem vassalliticam sponderent, neque spes fecellit. Quae enim olim impedimento fuerant, quo minus liberi domini nexus appeterent clientelarem, iam cessabant, honos erat inter vassallos adspici, et multiplex inde occasio nasciebatur commodi sui augendi. Oblata igitur spe aut commodo castra et praedia sua Principi in feudum offerre haud grauabantur⁵⁾). Inde autem nouum pondus accessit vassallorum potentiae et tantum valuere, ut in vniuerso territorii regimine, potentia penes ipsos, auctoritas penes Principem existeret, parvumque in multis territoriis abefset, quin Principum potestas ad umbram redigeretur⁶⁾). Paulatim huic malo remedium quaesitum et Principum potestas contra vassallos vindicata fuit, eiusque rei fausta initia iam seculo decimo quinto videmus, sed consummatio operis in sequentem incidit aetatem, ideoque a nostro loco alienum hoc enarrare, reliqua igitur persequar.

5) SCHWARTZII historiam Pomeraniae et Rugiae feudalem supra iam excitauiimus, in ipsis tamen feudorum iuribus et propriis instituti feudalis rationibus, non ubique satis mihi facere visus est. Altius hanc penetrarunt historiam MOESERVVS *Osnabrückische Geschichtete T. I. et II. Berolini 1780.* et qui eius vestigia sequuntur

tus est, *KINDLINGERVUS* in Münsterischen Beyträgen zur Geschichte Deutschiandes hauptsächlich Westphalen praesertim T. II. Monasterii 1790 edito. RUDLOFIVS im Pragmatischen Handbuch der Mecklenburgischen Geschichte suerini 1780. seqq. exemplum praebeuit, quid historico in particulari historia obseruandum sit. SCHANNATI *Clientela Fuldensis beneficiaria Frf.* 1726. edita propter tabulas omnino magni habetur. KOPPIVS autem in Proben des deutschen Lehnrechts Marburgi editis viam in hoc genere praeauit. AVCTOR operis de Iuuauia §. 333. breui dixit de institutis Archiepiscopatus Salisburgensis feudalibus; MARQVARDVS HERRGOTT in genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicæ P. I. cap. XVI. de curia feudali Habsburgica nobili et equestrí differuit, atque BREYERVS in Elementis iuris publici Wirtembergici §. 203. locos indicauit, quibus indices vassallorum Wirtembergicorum continentur; SCHVLTESIVS in Historia Comitum Hennebergicorum P. II. Vol. II. p. 266. de nexus feudali quoque dixit, indice vassallorum app. doc. num. XXXII. adiecto, cui addi potest: *Verteilung der Hennebergischen adelichen und anderer Leben zwischen Sachsen-Altenburg, Weimar und Gorba* de an. 1670. in Eiusd. Beschreibung der Grafschaft Henneberg (1794. 4.) p. 281. BACHMANVS im Pfalzweibrückischen Staatsrechte etiam iuris feudalis rationem habuit in primis cap. XVIII. §. 238. seqq. parum tamen historiae consuluit. Idem vallet de INSTI VERACII libello consuetudinum Principatus Bambergensis apud LVDEWIGIVM T. I. SS. Bamberg. p. 935. Multa vtilia continent HAGEMANNI *Analecta Iuris Feudalis Brunsvigo-Lüneburgici* Helmstadii 1787. edita. ER. DANIEL DE LIEBHAEBER in Beyträgen zur Erosterung der Staatsverfassung der Braunschweig-Lüneburgischen Churlande (1794. 8.) num. I. feudorum quoque habuit rationem; rhapsodum egit WEINARTVS in binis voluminibus: *Lehnrechte des Marggrafftibus Oberlausitz* 1785 et 1788. inscriptis. Nuper etiam cum voluptate quadam intelleximus, ILLVSTREM AVCTOREM Operis: *Materien zur alten und neuen Statistik von Böhmen* compacto XII. (1794.) duplēm feudorum regni Bohemicī indicem, vnum: *Verzeichnis aller Böhmischem Leben,*

welche von Ibro Kaiserl. und Königl. Maiestät Kaiser Rudolf II. 1612. verliehen sind, alterum: Verzeichnis was ietziger Zeit (an. 1636.) von der Römisch Kaiserl. Maiestät, als König und der Kron zu Böhmen für Städte, Schlösser, Veste, Märkte und Dörfer, insbesondere durch Chur- und Fürsten, auch Grafen, Herrn und Adelspersonen im Reiche, desgleichen von der Stadt Nürnberg, ihren und innwohnenden Bürgern in guter Richtigkeit und ohne alle Irrungen, zu Leben getragen werden, edidisse. Historia feudorum regni Bohemici proprium opus exigit, ideoque haec monusse sufficiat. Quilibet facile ex monumentis patriae suae supplebit, quae nos deficiunt.

- 2) Vno exemplo rem illustrabo. Comites et Nobiles Thuringiae in pacis conuentis anno MCCCCXXXV. cum Principe suo, et Domino Guilielmo, Thuringiae Landgrauio initis apud MENCKENIVM T. I. SS. Rer. Sax. p. 566. num. 46. recte quidem gloriantur de fide sua obedientiaque, neque tamen non fatentur: *Derselbe unser gnädiger Herr wohl hat erkannt, dass ein jeglicher Fürst, der dasselbe ehrliche Fürstenthum zu Döringen innen hat, durch keinen Weg has bey Fürstlicher Würdigkeit, Ehre, Macht, Furcht und Gewalt bleiben und das alles gebereten, denn durch getreue Beystand, Rath, Hülf und Gehorsam seiner Grafen, Herrn und ehrbaren Mannschaft zum Fürstenthum gehörend; nunc inuenit foedus de se, rebusque suis, mutuo auxilio tuendis ac iuuandis, cum Principe suo parcidentes: So hat derselbe Unser gnädiger Herr, Herzog Wilhelm vor sich und seine Erben sich mit Uns und Wir Uns wiederum für Uns und unsere Erben mit ihm, als unsern natürlichen Erbbewern, vertragen, vereint, zusammen gesetzt und verbunden, also das Wit und unsern Erben, ihm und seinen Erben in obgedachten seinen Nöthen, sein väterlich Erbe, Land und Leute antreffend und auch anders mit unserm Leib, Gut, Schlossern und Städten getreulich, fleissiglich und ernstlich nach allen unsern ganzen Vermögen, beyständig getrathen und geholfen seyn sollen und wollen gegen Iedermannlich, wo Ihnen des Noth ist und werden mag, Niemands ausgeschlossen. Cum singulis adeo de obediencie-*

dientia praestanda conuentum fuit vassallis. Itaque sibi stipulantur Landgravius Thuringiae a Comitibus Gleichenis apud MENCKENIVM T. I. p. 558. charta an. 1378. ne contra se, Thuringiae Landgrauos, foedus incant. Vassalli Lusatiae praestitis extra territorium seruitis a Sigismundo anno 1431. apud REDE-RVM Luf. Dipl. num. XV. p. 32 cautionem impetrarunt, ut ne haec liberalitas ipsis in futurum praeiudicaret. Addere, si placeat priuilegium Lusatiae an. 1319. ab Ioanne Bohemorum Rege concessa, sat exemplorum habebis. In id enim in primis intendendus est animus in historia cuiusvis territorii, qualis Principum, qualis vassallorum fuerit potestas, et quomodo, paulatim ho-dierna emerserit regiminis forma.

- 3) Chronicon Hild. apud LEIBNITIVM T. I. SS. Rer. Br. p. 746. refert: Episcopus Vdo ob tutelam sui et defensionem ecclesiae decimas, quae omnes fere illi vacabant, coactus est militibus impetrari et quod magis pernicisum est, mulieras, poenas videlicet pecuniarias pro criminalibus culpis institutas, hominibus suae ditionis relaxare. Tabulis an. 1393 Guilielmus, Marchio Mis-nensis apud MENCKENIVM T. I. p. 561. Comiti de Gleichen eiusque heredibus in feudum dat: Zehn Schock Geldes iehrlichen zu bezahlen uf S. Michaelis-tag von unsre Stadtrente und Gülde zu Zwickau. — und unsre Herrschaft zu Myssen Manne davon seyn. SCHATENIVS T. II. Annal. Pad. p. 263. Bernhardus Episcopus, inquit, castrum et oppidum Calenberg Pap-penheimis militibus, vii ab Ottone Episcopo feudi ritulo accepisse diximus, confirmat ea lege, ut fidem et obsequium more castrorum praestent, castrum haud fecerit, quam alias Episcopi munitiones defendant paratique ad omnem ingressum. Huiusmodi enim castrum-fenses milites haud fecerit, quam caeteros vassallos ex confessis clientum beneficis et agororum possessionibus Episcopi ad omnem militiae usum expeditos habebant; unde et patrimonia Episcoporum magnopere ex his castrum-fensis et vassallorum impensis attenuari, necesse fuerit.

- 4) Apud GERKENIVM T. I. Cod. Dipl. Br. p. 142. Conratus von Sleuin, tabulis an. 1328. ait: quod castrum Barub

Barub debeamus illi. Principi Dno Ludouico Marchioni Brandenburgico et suis successoribus contra omnem hominem, excepto domino Rudolpho, Duce Saxoniae, tenere semper patulum et apertum. Non satis constat, quando et quomodo? nexus clientelaris Dynastiarum Glaucha, Waldenburg et Lichtenstein cum regno Bohemiae initium ceperit, ex oblatione autem ortum esse, certum est. Quamobrem intelligitur, quod GRIENERVS de subfeudorum imperii, quae olim immediata fenda fuere praerogativa §. XVII. statuit, istas Dynastias neque subfeuda imperii, neque potestati territoriali Marchionum Misnenium exenta fuisse, omnino iuribus medii aevi conuenire. Quanquam enim oblatio impedi non poterat, semper tamen salua iurisdictione ordinaria fieri debebat. Caeterum Pace Teschena anno 1779. dominium directum cum omnibus iuribus Serrissimo Saxoniae Electori cessum fuisse constat.

- 5) *Tabulis an. 1383: dominus de Tanrode arcem suam Balthasar, Thuringiae Landgrauio, obtulit in feendum, idem a Comitibus Orlamundianis anno 1395. atque a Burggrauio Alberto de Kirchberg an 1398. factum fuit, secundum chartas apud LÜNIGIVM T. II. Corp. Iur. Feud. p. 547. seqq. in quibus simul memorandum, pecuniam pro oblatione fuisse solutam, ut adeo ipsi Principi dominium directum in praediis subditorum titulo oneroso adquireretur. Ex oblationibus castrorum plerumque ius aperture simul adquirebatur, eaque fuit princeps causa, ob quam vicini a vicinis atque Principes a Dynastis territorialium tales oblationes aut pecunia redimerent, aut transactionibus sibi stipularentur. Iure quidem hodierno nemini dubium erit, quin Principi ius aperture in castris arcibusque vasallorum iurisdictioni territoriali subiectorum competat, ea tamen lege, vt damnum inde ortum domino restituatur, at medio aeo, certe vsque ad pacem publicam lege perpetua sanctitam, neque territorii rector, neque dominus directus id exigere poterat, nisi ex propria causa adquisitum fuisset. GERKENIVS P. II. miscellorum iuris feudalis et Germ. no. II. p. 25. magnam exemplorum vim attulit, quibus Principes a subditis et vasallis sibi stipulantur ius aperture atque omnino in eam incli-*

inclinat sententiam, iure territorii id ius comprehensum non fuisse; idem praeter LVDEWIGIVM Praef. T. X. Reliqu. M^{or}. p. 20. et V. ILL. SELCHOVIVM Ele^ct. p. 334. statuit exemplisque probauit GERHARDVS DE POST de cura Amplissimi senatus Bremensis circa rem nauticam §. XV. Feudum castrum igitur dupl. citer dabatur, aut cum obligatione aperiendi illius domino, quo casu haec instar seruitiorum erat, aut absque illa obligatione, vt vasallus alii id ipsum meretur seruitiis, quamquam ad utrumque ciudem castri ergo vasallos obligatos reperimus. Ioannes et Henricus de Solmze an. 1325. castrum suum Hohenholmze Archiepiscopo Moguntino pro quingentis libris Hallensibus apud WVRDWEINIVM T. III. Nou. Subf. dipl. p. 124. oblatum tali lege receperunt: quod dictum castrum esse debeat domus aperta, et domus lygia vulgariter dicta. Ein offen ledig hanfs, praefati domini Ele^ct*i*, ejus successorum et Ecclesiae Moguntinae: quodque idem Dominus ele^ctus, eius successores et ecclesia Moguntina de ipso castro, et per ipsum castrum, contra quasunque personas, cuiuscunq*ue* dignitatis, status seu conditionis existant, et specialiter contra Dominum Landgrauium Hassiae, se innare et defendere poterunt et debebunt, nobilibus Dominis Syfrido comite de Wittenstein et Hartrado de Merenberg duntacat exceptis. Insuper recognoscimus quod nos fidele nostrum seruitium nos Joannes praedictus cum o^{cto}, et nos Henricus praedictus cum quatuor galeatis viris et alias secundum consuetudinem patriae, equis et armis legaliter expeditis, pro tempore vice eiusdem Domini ele^ct*i*, et nostrae inter dioceses Moguntiam in ipsis partibus circumquaque inter Basileam et Coloniam, ubique quandoquaque et quotienscumque per memoratum Dominum ele^ctum, vel ejus officios super hoc requisiti fuerimus, praefato Domino ele^ct*i* tenemur impendere, ipsumque et Ecclesiam Moguntinam contra quasunque personas, ut praemititur, et specialiter contra Dominum Landgrauium praedictum fideliiter defendere et innare, praefatis Dominis Syfrido et Hartrado, sicut prius exceptis, sub ipsius zamen Domini Moguntini praedicti et Ecclesiae Moguntiae sumptibus et expensis, nobis sicut aliis suis fidelibus secum, vel cum suis Officiatis proficiscentibus seu moran-

morantibus, quamdiu cum eo vel eius officiatis in seruicio ipsius et Ecclesiae Moguntinae nos morari vel proficiisci contigerit, ministrandis.

- 6) Bernhardus, Episcopus Monasteriensis, coniurantibus aduersus cum ministerialibus, expulsus, captus et Imperatori traditus fuit, secundum MOESERVVM Hist. Oszabr. T. II. p. 132. Foederis a vassallis Fuldenibus contra dominum itei meminerunt tabulae apud LÜNINGIVM T. I. Corp. Iur. Feud. p. 1823. ut taceam querelam Abbatis Fuldenis, Marquardi apud BROVWERVM lib III. Antiqu. Fuld. cap. 18. Quomodo sibi cauerit a vassallis suis Episcopus Hildesienis, memoriae prodidit AVCTOR chronicus apud LEIBNITIVM T. I. SS. Rer. Brunsvic. p. 748. cui addi potest narratio SCHATENII T. II. Annal. Paderborn. p. 487.

§. 25.

De coniunctione dominii directi cum territorio et firmata inde subiectione ciuili.

In institutis feudalibus illud mihi salutare ac frugiferum semper visum fuit, quod dominium directum cum regno territorioue et fides clientelaris cum subiectione ciuili plerumque iuncta fuere. In ipso Germaniae regno ab antiquissimis temporibus obtinuit, vt vassallus, eius simul et subditus regni fieret, idque manauit per medium aevum; fides igitur domino promissa, ipsi regno atque ciuitati debita existimabatur. At enim in territoriis Principum duplex subiectio semper distincta fuit, una ex clientela, altera ex iurisdictione, vtraque iungi poterat, atque olim iuncta fuit, sed hoc tempore multis modis discreta. Id vero generatim

tim inualuit, ut vassalli absque omni subiectionis ciuilis contemplatione, ipsi territorio, cuius rectori parebant, fidem sponderent clientelarem. Itaque promissionem in rem personamque simul concipi oportuit¹⁾. Origo huius instituti in territoriis ecclesiasticis quaerenda videtur. Principes enim et Episcopatus discernere, intellectu facile erat, illi igitur, tanquam Rectores non sibi, sed sibi et territorio fidem et seruitia exegere, paulatimque in rem abiit, ut vassalli vtrique fidem promitterent²⁾. Dynastae, qui ex praediis suis beneficia constituerant, eorum proprietatem penes se et territorium, cuius particulae beneficiis distributae fuerant, remanere, recte statuebant, eaque de cauissa colligebant, sibi quidem fidem deberi, contemplatu tamen territorii, receptumque fuit, ut vassalli in clientela Domini essent pariter atque territorii³⁾. Quamobrem de subiectione eorum non dubitabatur. Idem institutum ad ducatus et comitatus propagatum fuit. Vassalli domestici a prima origine in clientela territorii fuere, vassalli regii Principis iurisdictioni et muneri subiecti, magistratu cum territoriis iuncto, eandem suscepere conditionem, moribusque obtinuit, ut dominium directum cum territorio eiusque potestate iungeretur, atque rector territorii Princeps ac vassallorum dominus esset⁴⁾.

Omnes igitur vassalli, qui aut particulam allodii in feudum acceperant, aut magistratu

-olim

olim subiecti fuerant, in plenam territorii subjectionem concederunt, ita quidem ut cum territorio traderentur, alienarentur, oppignorarentur, viduis adeo adsignarentur⁵⁾. Quare subjectionem ciuilem nexus feudali adiutam firmatamque fuisse certum est, atque in ea sum opinione Landsashiatum, quem vocarunt, in Dynastas, et clausi territorii iura maxima ex parte per clientelas introducta et propagata fuisse⁶⁾ licet in feudis extra territorium oblatis haec regula usum officiumque perdere videatur.

1) KOPPIVS T. II. der Proben des deutschen Lehnrechts p. 105. de hac coniunctione dominii directi cum territorio ex monumentis mediis aeni docte exposuit, atque ex pluribus alienationibus vasallorum et ministerialium cum territorio, cui fidem addixerant, p. 132. infert: Dass nämlich bey denen teutschen Lehnshöfen die Lehnsherren ihre Mann- und Lehnenschaften nie anders, als Pertinenzstücke oder An- und Zubehörungen ihrer Lande geachtet und ohne derer Vasallen Widerspruch ie und alle Wege also gehalten haben. Vno exemplo, quod supra diximus, illuftrabo. Charta anni 1410. apud SCHVLTESIVM p. 196. der Beschreibung der Grafschaft Henneberg ait vassallus: Ich Siegwin von Maresfeld bekenne an diesem ofin Brief und thun kün gen allermenclichen das ich mir und meinen lebenbaren Libes Erben zu rechten Mannleben empfangen han alle die Leben die Hermann von Maresfeld mein Vater selige zu Lehn gehabt hat von den Edeln und Wohlgebohrn Herrn Fridrich Grave zu Henneberg meinen gnedigen Herrn und der Herrschaft, mit Nabmen ein Burgguth und ein Hauss — als daz von ihm, sein Erben und und der Herrschaft zu Leben geht, darüber ich ih gelobt und geschworen han sin und finen Schaden zu warnen und Frummen zu werben, und die Leben getreulichen zu vordienien, als solcher Lebin Recht ist, ongeverde.

2) Char.

- 2) *Charta anni 1301. ap. SCHATENIVM T. II. p. 194.* Bertoldus et sui heredes medietatem castris ab Episcopo Paderbornensi, qui nunc est, et pro tempore fuerit, nomine ian dictae ecclesiae iure homagii recipient et perpetuo possidebunt — facient fidelitatem et debita servitia EPISCOPO ET ECCLESIAE SVPRADICTAE, prout de iure tenentur, et p. 209. Episcopus ait: *castrum nostrum Calenberg in pheudo porrexinus — Ravenomi famulo, filio quondam Rauenonis iunioris de Papenbein militibus et suis heredibus — ita scilicet, quod dictum castrum nobis, successoribus nostris et ecclesiae nostrae in omnibus nostris necessitatibus contra quoscunque et in omni tempore absque aliqua occasione et contradictione erit et esse debet expositum et apertum.* Ipse quoque Rauero et sui heredes in perpetuum ratione dicti castrinostri, SUCCESSORVM NOSTRORVM ET ECCLESIAE NOSTRAE in omnibus contra quoscunque pro se posse, esse debent fidèles et inseparabiles adiutores.
- 3) Vassallos et ministeriales a Dynastis fuisse constitutos, ita ut ipsi quodammodo mancipati cum praedio ad possessores transirent, multis monumentis probari potest. *LEX ALAMANNORVM Tit. LXXVIII. §. 3.* domini meminit, qui decem vassos infra donum habuit. *HENRICUS, Comes Gleichenfis anno 1294. apud GUDENVM T. I. Cod. Dipl. num. 419.* Archiepiscopo Moguntino vendidit: *castra Gleichenstein et Scharpenstein et Birkenstein ac totam terram, quao Eichsfeld teutonice appellatur, cum comitiis omnibus, iuribus, honoribus, iurisdictionibus, vasallis, ministerialibus, eastris et hominibus, uniuersis redditibus — add. MONACHVS WELNGARTENSIS ad an. 1191. apud LEIBNITIVM T. I. SS. R. Brunfu. p. 123.* Ministeriales cum castris alienatos, sexenta docent exempla, *GOLSCHERVS de gessis Archiepisc. Treu. apud ECCARDVM Corp. Hist. medii aevi T. II. p. 2207. charta FRIDERICI I. an. 1280. ap. LINDENBROGIVM SS. Rer. Germ. p. 168. tabulae CONRADI EPISCOPI RATIS. et LUDOVICI DVCIS BAV. in LÜNING. Arch. Imp. P. Spec. Cont. II. p. 123,* testes sunt.

- 4) Vnum alterumque exemplum addere iuvat. Comes de Swalenberg apud SCHATENIVM T. II. p. 251. in litteris ad Episcopum Paderborn. anno 1322. datis, ait: Notum vobis facimus harum serie litterarum, quod cum pleno et expresso consensu filii nostri Adolphi ac omnium heredum nostrorum omnes nostros ministeriales et vasallos atque fideles in virum nobilium dominum Ottos nem de Ravensberg consanguineum nostrum praedictum et suam posteritatem transstulumus cum omni iure, quod nobis et nostris heredibus in eis hactenus competebat vel competere posse in futurum. Quapropter honestatem vestram attentius deprecamur, quatenus ministeriales nostros et vasallos atque fideles a vobis et ab ecclesia Paderbornensi descendentes, sicut nos et progenitores nostri a vobis et praedecessoribus vestris tenuimus, praefato Comiti conferre dignemini et eum ac heredes suos de praemissis infundare. In compositione pacis anno 1287. c. I. p. 33. COMES DE ARNSBERG ait: Bonâ trans Lippiam cum omnibus attinentiis, tam fidelibus quam ministerialibus, iam dicto Conrado Comiti, meo consanguineo libere dimisi et absolute, ita quod Conradus Comes uniuersos tam fideles, quam ministeriales ab istud bonis infundendis sine pecunia, insuper omni contradictione postposita. Item ordinatum est, quod si aliqui, qui ab ipso Comite infundandi sunt et a multis suis forte recipere noluerint vel recepto resignaverint, eidem Comiti eadem feuda permanebunt absolute. IOANNES Bohemiae Rex Lucemburgensis Comes; tabulis apud SENKENBERGIVM Prim. lin. Iur. Feud. adiunct. num. X. ait: scire volumus, quod conquirentes strenuum militem Eberhardam de Lapide in NOSTRVM ET COMITATVS NOSTRI Lucemburgensis hominem et vassallum; COMES PALATINVS RHENI an. 1252. apud IOANNEM Spicil. Tab. vett. in dipl. Eppensteinensi p. 282. ait: domino Gothfrido, nobili Comiti de Eppenstein, Comeciam nobis vacantem, dictam Wieden duximus conferendam titulo feodati, ita videlicet, ut deinceps ipse ac filii sui nobis et filii nostri, servituis perpetuis contra omnem hominem sint obligati. Eadem enim Comecia palatinatu Rheni sic est adstricta, quod quicunque eandem possider, Comiti Palatino Rheni tanquam homo fidelis, qui dicitur in vulgarib[us] ledich

CAP. VIII. DE FEVDIS TERRITORIALIBVS. 211

ledich Manne, contra quemlibet inimicum suum adfistere tenetur. WENCESLAVS R. anno 1384. de fide vassallitica ipsi Episcopatu Wormatiensi debita decreta edidit apud SENKENBERGIVM Corp. Iur. Feud. p. 815. eamque fine iurecurando ex sola feudi possessione oriri statuit. Plura exempla ex ipsis rerum monumentis collegit KOPPIVS T. II. der auserlesenen Proben des deutschen Lehrechts p. 50.

- 5) Dominis ius suum absque vassallorum consensu licuisse in alios transferre, aut cum praedio et territorio, cuius fideles erant, aut seorsim, si praedio territorioue adscripti non erant, ex IVRE FEVDALI SAXON. cap. 27. edit. Senkenb. et ALEM. cap. 34 cap. 96. edit. Schilt. intelligitur multisque exemplis constat, modo ne iuta vassallorum minuerentur, quod eo etiam casu fieri existimabatur, si dominus, cui cessio siebat, non eiusdem cum cedente dignationis erat. Interdum acceſſe vassallorum consensum monumentis mediis aeuī edocemur, ut puta apud WÜRDWEIN. T. X. ſuſſ. dipl. p. 95. regula tamen erat, ut sine vassallorum consensu alienatio subſisteret. Ludouicus senior et iunior, Comes Oettingenses, Landgrauii Alsatiae anno 1259. apud OBRECHTVM Prodv. Rer. Alsat. p. 278. Episcopo Argentoratensi cesserant vassallos quosdam, his igitur denunciant: ſciatis, quod vos et bona, quae a nobis feudi iure dependent — — — libere, ſimpliciter et aſſolute tradidimus et renunieauimus et vos liberos pronuncianus a iuramentis et fidelitate, quam nobis promiſſis, ad hoc volumus, ut feuda veſtra, quae baclenius a nobis tenuiſſis, recipiatis a praefato gratioſo domino noſtro, Ioanne Episcopo et Episcopatu Argentenſi. Plura exempla dabit WÜRDWEIN. T. XI. ſuſſ. dipl. p. 25. DREGERVS Cod. Pom. et Rug. dipl. num. 238. p. 346. SCHANNATVS Client. Fuld. no. 28. p. 205.

His scriptis et toto opere iam abſoluto, in manus mihi venit POSSII Antecessoris Rostochiensis liber: Ueber das Staateigenhum in den deutſchen Reibſtanden und das Staatrepräsentationsrecht der deutſchen Landſtände inſcriptus et anno 1794. editus, in quo auctori placuit, quod in TR. de natura et indeole domini in territoriis Germaniae eiusdemque effectibus tam

in regalibus, quam in alienando et oppignerando territorio conspicuis (Halae 1780. 8.) principibus vindicaveram dominium territorialum aut iure allodii aut titulo feudi adquisitorum, non refutare ex legibus imperii publicis, sed pro re inepta traducere. Possem hanc petitionem, summorum virorum auctoritate, qui idem secuti sunt, fretus, contemnere, sed quia in hoc quoque volumine dominium territorialum non potui non agnoscerre, necessitatem breviter defendendi, quae olim scriperam atque adhuc secutus sum, mihi impositam sentio. Dominium territorialum, salvo iure publico et priuato, id est, vt ex hac ratione neque ius publicum, sive ex legibus imperii publicis sive ex pacis Principem inter et Ordines prouinciae initis, competit, auctoritate propria mutari, neque iuribus priuatorum intra territorium habitantium sive rem dominiumque rerum speces, sive personarum iura, vis inferri queat, intelligi oportere statui. Quod quia omnem calunianandi occasionem praescindit atque a possesso de industria omissum intelligo, verba, quibus opusculo citato p. 79. vslus sum, adseribam: dominium territorialum tam feudale quam allodiale ex moribus Germanorū unito comparatum est, ut salvo eorum omnium iure, qui territorium inhabitant, intelligatur. Itaque quanuus Princeps territorii dominus sit dicaturque, tamen nullius ius et possessio hoc domino minuitur, sed tantummodo iura competitur circa istas subditorum possessiones eaque iura in patrimonio Principum esse intelliguntur, non agri, non praedia, non iura subditorum. — Dominium regiminis et superioritatis competit Principibus, sed secundum forumlam territorii propriam et in primis saluis statuum provincialium invibus. Haec sola limitatio omnem abstergit iniquitatem dominio territorialium, quod non in regendo toluum territorio, eiusque fructibus percipiendis altisque iuribus cernitur, sed vim etiam habet, tam in ipsa familia regnatrice, quam erga vicinos, ipsiusque imperium atque adeo vassallos et subditos, vt possessor territorii hoc recte suum dicat cum omnibus accessionibus. Quam alte radicauerint haec et quam late pateant in territorio Principum Germanicorum nouissime tradidit GEORG. FRIDER. ZENTNER diss. de differentiis iurium imperii ac dominii

minii eorumque effectibus in regimine territoriali, Heidelbergae 1723. edita. Paucia argumenta strictum dabo, quibus dominium territoriorum vindicetur. Principibus imperii dominium territoriorum, tam allodialium quam feudalium, competere non ex modi acquirendi solum, sed ex effectibus etiam intelligitur, atque ipsis imperii legibus firmatur. De inuestitura, successione, vocatione et reliquis acquirendi modis non dicam, sed emi, vendi posse territoria Germaniae atque adeo Electoratus constat. Marchia Brandenburgica cum electoratu et omni potestate pro certa pecunia summa emta vendita fuit, atque ut ne longus sim, licet mihi ILLVSTRISSIMI COMITIS DE HERZBERG iudicium apud ZEPERNICKIVM T. III. der Sammlung anserle-
sener Abhandlungen aus dem Lehrechte p. 2 adscri-
bere, ait enim: Es ist freilich zu bewundern, daß so weitläufige Städte von ihren Herrn gleichsam als eine gangbare Waare angesehen worden, welche sie eben so leicht und um einen Preis gekauft oder an andere ver-
kauft haben, dafür man heutzutage etwa ein ansehnlich
Dorf erhalten würde, dengleichen unsrer jetzigen
Denkungsart entgegen stehende Begebenheiten müssen be-
fonders denen Jahr auffallend seyn, die vom Zustande
der Städten in vorigen Zeiten keine Begriffe haben. Nec
difficile emtiones venditiones territorialium, exemplum
paucis abhinc annis docuit. Princeps enim de Thurn
et Taxis territorium cum omni potestate et principatu
emit, quidquid autem pro pecunia in commercio est,
in dominio sit oportet. Centum tabulis demonstrari po-
test territoria et castra cum vasallis, ministerialibus
omnique iure et potestate tradita, donata, oppignerata
atque adeo siliabus in dotem concessa fuisse, talia au-
tem a nemine fulciri posse, nisi a domino manifestissimi
iuris est. Si quis diuisiones territorialium inspercerit
et quo modo ex summa reddituum portiones in iudicio
familiae ericundiae distributas fuerint, heredes, esse
domines territorii facile intelligeris AVREA EVELLA
CAROLVS IV. cap. VII. §. 5. ius prouideendi de Elec-to-
ratu vacante fibi Auguftisque vindicat, tanquam de re
ad se et imperium deuoluta; INSTR. PAC. Art. X. §. 3.
ait: Ducatum Pomeraniae Rugiaeque Principatum, una
cum ditionibus locisque annexis omnibusque et singulis

ad ea pertinentibus territoriis, praefecturis, urbibus, castellis, oppidis, viciis, pagis, hominibus, feudis, fluminibus, insulis, lacubus, litoribus, portibus, stationibus, antiquis vestigialibus et redditibus et quibuscumque aliis ecclesiasticis et secularibus bonis, nec non titulis dignitatibus, praecminentibus, immunitatis et praerogatiis caeterisque omnibus et singulis ecclesiasticis et secularibus iuribus ac privilegiis, quibus antecessores Pomeraniae Duxes ea haberant, incoluerant et receperant, Regia Maiestas regnumque Sueciae ab hoc die in perpetuum pro hereditario feudo habeat, possideat, iisque libere utatur et inviolabiliter fruatur. Hanc certe translationem dominii existimem. FERDINANDVS II. A. tabulis an. MDCCXII. apud LÜNIGIVM P. Sp. Cont. II. p. 434. comitatum Hohenzolleranum appellauit: eine uralte mit allen ihren Regalien, Herrlichkeiten und pertinentiis ganz EWIGEIGENTHÜMLICHE unmittelbare Grafschaft. Sed antiquiora omittit, etenim LEX AVGUSTALIS, LEOPOLDO II. et FRANCISCO II. proposta, Art. IV. §. 6. Principes imperii adeo vocat: GRVNEIGENTHÜMER, quid igitur dominio territoriorum clarius esse possit, non video. Offendit etiam V. CL. POSSIVM quod lib. I. §. 10. scriperim; territoria Germaniae in dominium cessisse cum omnibus iuribus, regalibus, atque ipsi adeo SUBDITIS ET VASSALLIS. Vellem ut pensatasset Vir doctus vim particulae CVM, quae satis demonstrat, non corpora subditorum et vassallorum esse in dominio, sed possessores praediorum allodium et feudalium esse in complexu territorii, vt cum hoc ad quemque transire possit, intelligantur. Atque id ipsum iuri publico conuenire non solum ex multis tabulis exemplisque cognoscitur, sed patet etiam ex INSTR. PACIS c. l. quod HOMINES etiam id est, subditos et vassallos in pertinentiis territoriorum enumerant. Nec absconum hoc aut ratione repugnans haberi debet, alienatio enim sit saluo iure publico ac privato. Atque data concessaque Principibus territoriorum alienandi facultate, res alter cogitari et effectum habere nequit, modo memineris, territoria Germaniae non esse imperia summa Rectori a populo demandata, sed ex variis causis, modisque, tanquam res summae potest.

potestatis subiectae, adquisita. Porro idem AVCTOR p. 35.
assingit mihi, quae nunquam dixi, ait enim; Einige
neuere aber behaupten gerade zu, daß die Quelle aller
Regalien das landesherliche Eigentum an dem Land
und Lustrevier der deutschen Territorien sey. Quid
per dominium des Lustreviers sibi fixerit, non video,
sed lib. II. cap. II. p. 95. scripsi; triplicem esse rega-
lium fontem in territoriis Germaniae, dominium terri-
torii, imperii maiestatem et superioritatem territorialem.
Quis igitur dixit dominium esse fontem *aller Regalien*?
Eequid causae fuerit, cur has columnas euouuerit
scriptor, non video. Atque vt vnum addam, POSSIVS
p. 62. me constitutione Friderici I. A. de regalibus abu-
sum fuisse, fabulatur, vellem considerasset, quid de do-
minio territorialium p. 90. et 91. dixerim, et tunc faci-
le intelligere potuisset, me mihi met ipsi non contra-
dixisse. Ex quibus apparet POSSIVM in praefatione
simulasse modestiam, vt in re tractanda dissimularet ca-
lumniam. Dominium territorialium tam altas per uni-
versum ius Germaniae publicum egit radices, vt ipse
POSSIVS, sui oblitus, p. 27. agnoscat: *Territorien*,
welche dem *Grund und Boden nach dem Landesherrn*
als *Guthsbernn zugehören*, neque tamen non disputat
contra dominium territorialium. Significare videtur
territoria iure allodii possessa, id autem nostra nihil re-
fert, quo titulo territoriali possideatur, deinde memi-
nerit iure allodii olim possessas fuisse terras Brunswicen-
ses, Hassiacas, Mecklenburgicas aliosque et Principatus
et Comitatus, iura domini autem oblatione in feudum
non immunita fuisse, ideoque in his certe territoriis do-
minium statuat necesse est, vt taceam pleraque Germa-
niae territoria partim ex allodio, partim ex feudo esse
composita. Breuitatis causa licet euocare libellum
RUDOLPHI de confortatione feudi per allodia. Plura non
addo, abutitur vir doctus otio et iure publico vniuer-
sali. Sed lectio legum imperialium hanc maculam forte
absterget,

6) cf. RUDOLPHI DE SPOHR *diff. de natura vassallagii*
et subiectionis in territoriis S. R. Imperii Frf. 1739.
iterum edita.

§. 27.

De feudis extra curtem.

Origines feudorum extra curtem in Germania esse quaerendas atque initia in superiorem aetatem incidere diximus, sed hoc spatio valde aucta fuere. Hoc autem genere non comprehendendo territoria imperio subiecta et vicino Principi, iure feudi obligata, sed praedia Principis cuiusdam iurisdictioni subdita, alterius territorii Principi autem aut cui nexu clientelari subiecta. Plures quidem harum coniunctionum caussas esse constat, praecipua tamen mihi ex oblationibus repetenda videtur.

Vassallis adscendendi sibi dominum, qui medium inter se et dominum priorem occuparet locum, nunquam concessa fuit facultas, hic certe quae supra tradidimus applicari possunt ac debent principia. At enim liberorum praediorum possessoribus, etiam in nexus et subiectione territoriorum constitutis, interdictum non fuit praedia et castra sua dominis quoque extraneis fide vassallitica obstringere. Seniorem enim sibi legere seque remque suam clientelae alicuius committere moribus maiorum licuit¹⁾, id quidem ius per successionem et potestatem territorialem ademtum fuit ciuibus ac rusticis, sed dynastae id ipsum hoc adeo tempore exercuerunt, salua tamen subiectione ciuili erga Principem, quem formulis litterarum adeo exceptum reperimus²⁾. Castra vicinis Principibus oblata plerumque sub modo aperturas redde-

reddebantr, vt dominus adeo extraneus in castro vicini, praefidia disponere atque inde se defendere posset³⁾. Hae res territoria dupli modo affixerunt. Princeps enim alienus, exorto bello, castrum hoc manu armata ingredi atque inde se defendere solebat, quod ipsi territorio non poterat non esse exitiosum. Deinde ipsi castrorum domini clientela vicini forte potentis Principis adiuti, facile cristas erigere audebant, atque ni fallor, interdum oblationes castrorum ea mente factae fuerunt, vt ipsius Principis iurisdictio ac potestas, quam caeteroquin illos agnoscere oportebat, turbaretur aut si fieri posset, excuteretur. Inde dubia subiectionis formula paulatim orta, quae publicae saluti saepe offecit et laeta p'urium litium extitit seges. Itaque recte iudicarunt nostra memoria summi viri, interessere publicae, vt nexus feudalis extra territorium praecideretur⁴⁾.

3) In regno Francorum cuilibet data fuit potestas sibi legendi seniorem. PIPINVS LL. Longobard, cap. 23. apud CANCIANIVM T. I. p. 178. ait: *petit nobis de illis hominibus liberis Longobardis, ut licentiam habeant commendandi, ubi valuerint, sicut antea in tempore Longobardorum consuetudo fuit, in tantum, ut suo Comiti faciant rationabiliter, quod debent.* Exemplum talis commendationis, qua sine nexu feudali subsistebat, exstat apud GERKEN. T. I. Cod. Dipl. Br. p. 274. *tabela an 1333. qua domini de Knefebeck aiunt: dat me sind Gefinde geworden und uns bebben an der Bescherung gezogen des erbaren Vorsten Marggrau Lude-wigs von Brandenborch met alle uſen Sloten und Veffen wedder alle, sunder wedder unfer Heren van Lüneborg.* Eundem fere in modum anno 1335. Dynastae de Ilberg ibidem

ibidem p. 266. cum Marchione Brandenburgico paci fuerunt.

- 2) Apud RVDOLPHVM in Gotha Dipl. p. 21. num. 19. Domini de Wangenheim anno 1375. ius aperturae Archiepiscopo Moguntino in arce sua concederunt, modo ne id contra Saxoniam desideret — *des erbare Manne wir seyn.* Itaque ne Landsassiatu quidem impedimento fuit, quo minus ciues territorii potentes nuxum clientelae extranei Domini subirent. Comites enim et Ordines Thuringiae iam anno 1241. in pacto subiectiois, quas reuersales vocant, apud WECKIVM in Cbr. Dresd. in appendice litt. i. p. 15. HORNIUM in App. ad vitam Henrici Illustris aliosque, promiserant Henrico Marchioni; ipsum pro vero domino nostro et Landgrauio Tburingiae babebitinus et eidem contra omnem bominent ferniemus.
- 3) Domini de Alsleben apud GERKENIVM T. I. Cod. Dipl. Brand. p. 174. charta an. 1324. Marchioni Brandenburgico ius aperturae in suis castris concederunt: *dat wie uſe ſtote dem feluin unſin Herin dem Marggrauen und den Sinen openen ſeolen öbme to Dienſte wedder alles weme, ane uppe Grefin Heinrich van Zwerin.* Hic enim erat Princeps.
- 4) PACE TESHENA an 1779. inita, dominium directum cum reliquis iuribus in Dynastis Glaucha, Waldeburg et Lichtenstein Comitum Schoenburgicorum in Electorem Palatinum, ab hoc autem in Electorem Saxoniae translatum quidem fuit, e contrario art. XI. causum inter Regem Porouforem, Marchionem Brandenburgicum et Imperatorem, Austriae Archiducem, vt nexus feudalis, quo praedia quaedam Aufriaca Marchionibus Brandenburgicis obligata sunt, Marchione Brandenburgico Baruthino et Anspaccensi mortuo, dissolueretur.

§. 28.

De vassallis Nobilium.

Diximus supra Dynastis licuisse vassallos sibi legere beneficiis exornatos, sed inde a seculo

culo XII. apparent nobiles, qui idem ius exercent. Plura iam talium vassallorum exempla seculo XIII. cognouimus, sed aucti seculo XIV. auxerunt vassallos territoriorum¹⁾). Duplex horum vassallorum genus constituere possumus, vnum quidem eos complectitur, qui in exercitu militiaque dominis suis praefecto fuerunt, alterum, qui in castro tuendo custodiendoque operam nauarunt²⁾). Nobiles territoriorum in utroque genere Principes ac Dynastas imitatos fuisse, ex ipsa re intelligitur. Causas propagati instituti feudalis, quod in primis ad tutitionem territoriorum inuentum receptumque fuit, ex mediis ac ui moribus repetere debemus. Prima et praeccipua in eo ponenda, quod feuda maiora pluribus vassallis merenda erant. Itaque necessitas adeo vassallo nobili imposita fuit, ut beneficiis concedendis sibi compararet vassallos, quos domino suo adduceret armatos³⁾). Deinde sua sponte etiam diuites sibi emere amabant clientes, quibus ad se remque suam in tanta morum ac bellorum priuatorum licentia tuendos vterentur, et Principi ac domino suo se commendarent simulque corporis custodes haberent⁴⁾). Materiam beneficiorum aut in amplitudine feudi collati reperiebant, ut feudum ex feudo sereretur, aut aliunde conquirebant, ex quo factum fuit, ut non vna horum feudorum esset natura. Dynastias et alia territoria cum vassallis et ministerialibus territoriali potestati subiecta hoc genere non comprehendo,

talium

taliū enim territoriorū domini ab antiquissimis temporibus iure constituēti vassallos et ministeriales gauisi fuerunt, qui dignatione et nobilitate vassallis et ministerialibus aliorum Principum non cesserunt.

Castrenses milites habere iure dominii comprehendens credebatur, rem enim suam armata adeo manu defendere cuilibet loci muniti posteriori datum fuit. Qamobrem castrorum dominos atque magistratus vrbium castris munitarum sine Principis priuilegio milites castrenses legisse atque adeo armamenta instruxisse ex monumentis medii aei probari potest, neque deesse huius moris vestigia constat. At vero hi nobilium praediorum et castrorum vassalli dignationem vassallorum territorialium non adsequebantur, ideoque regiminis territorialis participes facti non fuerunt. Quare iure comitiorum, reliquisque praerogatiis vassallorum territorialium eosdem adhuc carere manifestum est, communi tamen vassallorum iure frui, dubitari nequit⁵⁾.

Nobiles latis praediis cum iurisdictione et magistratu gaudentes plures sibi constituebant vassallos iurisdictioni suae subiectos. Itaque non dubitabatur, quin in caussis quoque feudalibus domino subessent, quo factum est, ut iurisdictionem feudalem curiamque parium sortirentur⁶⁾. Ipsa feuda ad praedium principale rela-

relata magistratui cuiusuis possessoris subiecta inque pertinentiis praedii principalis habita, huic ita fuere iuncta, ut dominium ipsi praedium competere videretur. Qui materiam beneficiorum tam amplam non habebant, vassallos quidem sibi variorum seruitiorum caussa constituer solebant⁷⁾ nec tamen aut curiam feudalem aut iurisdictionem exercebant. Duplex autem etiam horum dominorum fuit ratio, qui enim magistratu et iurisdictione gaudabant sine caussarum discriminine eandem in subditos vassallos exercebant, econtrario, quin unum alterumue vassallum sibi legebant, magistratu ac iurisdictione alioquin destituti, licet id rarius fieri consueverit, neque iurisdictionem acquirebant, neque aliam potestatem, paeter dominium directum ex contractu seudali ortum, ipsi econtrario cum vassallis in causis adeo feudorum magistratui ordinario subiecti erant.

Ex his instituti feudalis intra territoria propagationibus multa hodieque supersunt vestigia, in Thuringia et Lusatia aliisque territoriorum Saxoniorum partibus; praediorum enim nobilium possessores cernuntur, qui plures numerant sibi subiectos vassallos, singula adeo praedia nexu feudali ita inuicem iuncta reperiuntur, ut quo modo explicari possit debeatve fere ignoretur, neque errare puto, qui praedia rustica, Freimannlehne dicta, inde repeti debere

debere statuunt. Plures enim minorum praediorum agrorumque possessores aut militiam variis instrumentis adiuuare, aut sumtibus communibus militem armatum domino fistere obligabantur ²⁾. Sed de his et pluribus aliis ad singulorum praediorum nexum conditionemque pertinentibus difficile est generatim tradere, neque enim origo eadem fuit, multiplicem etiam paulatim induerunt formam ¹⁰⁾ ideoque haec in vniuersum dixisse sufficiat.

- 1) Exempla praebent *Chartae an. 1247. 1296. 1317. 1340. 1366.* apud SENCKENBERGIVM T. V. *sel. iur. et hist.* p. 349. 521. 524. 526. 529. Comites de Beichlingen in Thuringia plures atque vasallos ex MENKENII SS. *rer. Germ.* T. I. p. 626. p. 627. p. 660. aliisque locis discimus, inde supereft hocque sat ampla vasallorum cohortes, de quibus LAVHNIVS apud ZEPERNICKIVM v. CL. T. IV. *collect. ad ins feudale* p. 249. dixit. Aliud exemplum apud eundem MENCKENIVM T. I. p. 632. num. 47. occurrit, vbi haec leguntur: *Nos Fridericus et Fridericus Dei gratia nobiles in Heldrungen — mansos quoq[ue] quondam Eccebadus de Gruzin a nobis tenuit iure feodali qui nunc ad nos sunt deuotati.* — Adde si placet num. 57. p. 637. SAGITTARII Gorham Dipl. p. 82. et p. 119. Plura exempla collegit BVDERVS Amoenit Iur. Feud. Obs. XVI. STRVBE- NIVS T. II. der rechtl. Bedenken num. 142. De Pomerania idem testatur SCHWARTZIUS Hisp. Pom. et Rug. feudali P. I. p. 150. de ducatu Brunsvicensi et Luineburgico SENCKENBERGIVS de feudis Brunsvicensibus §. 17. in THEOD. HAGEMANNI Anal. Iur. Feud. Brunswigo — Lüneburgici p. 259. Dominos de Querfurth per amplam habuisse feudorum curiam tabulis apud LVDEWIGIVM T. I. *Mectorum* docemur.

- 2) cf. SCHWARTZIUS Hisp. Rugiae et Pomeraniae Feud. T. I. p. 150. seqq. RUDOLPHI Gotba Dipl. P. V. app. doc. num. XVIII. p. 21.

3) Iu-

- 3) Intelligimus id ex litteris inuestiturarum, quibus continentur MANNSCHAFTEN, veluti tabulis an. 1435. ap. SENCKENBERGIVM T. V. Select. Iur. et Hist. p. 592. Vsum ex tabulis demonstravit V. EXCELL. GATZERT. in prol. de iure nobilium mediatorum subvasallos in servitium militare adducendi dominis Giffoe 1781. 4. eandemque doctrinam egregie illustravit V. CL. KLÜBERVS diatri. de iure nobilium feuda militaria constituen-
di 1786. 8vo. Addi etiam potest *Musterregister des Marggrafiums Oberlausitz apud REDERVM Luf.*
Sup. Dipl. p. 133.
- 4) Tales milites infimi ordinis dici solebant reisige Knechte. ESTOR de minister. p. 140. hanc chartam anni 1383. attulit: *Wir die Schenken zu S. bekennen, dass wir Ruprechten von Wittershausen Lybin unsern Hof gelegen zu Wolfshusen — und sollen wir ihm, als andern reisigen Knechten vor Schaden stehen.* Knechte enim, Edelknechte, Knaben, Knapen, pueri, vasallos gregarios significant, quamvis nobiles, quod ex pluribus chartis ap. WESTPHAL. T. IV. monument. Cimbr. p. 957. p. 1057. atque ESTOREM Obs. Iur. Feud. cap. XLVIII. seqq. patet. Reisige Knechte autem sunt vasalli infimae fortis, qui dominum sequi tenentur exorto bello. Quod si Ritter et Knecht, miles et famulus, sibi opponuntur, dignationis habetur ratio, de qua non disputo, discendi cupidum ad SCHEIDTIVM de vroque nobilium or-
dine p. 34. §. 7. ablegando, simul tamen monendo ab armigero, famulo, puer, Knaben, Knechte simpliciter dicto, discerni debere reisige Knechte. Vtrum Knecht eum, qui alios eduxerit vasallos significauerit interduum, disquirere non vacat, id tamen praeterire non licet, etiam nobilibus haud displicuisse minima mereri feuda.
- 5) DVX BRVNSVICENSIS apud SCHEIDTIVM de nobili-
tate in Mantissa documentorum num. 100. tabulis tan.
1343. constituit: *vt nullus vasallus siue nobilis siue mi-
nisterialis existat, burgensem aliquem in Brunsuic, si
iam in pheodauerit, seu in pheodare contigerit in fu-
turu, ipsum Burgensem vasallum suum alienet de bonis,
quae ab ipso tenet in pheodo ad hominem deterioris con-
ditionis, quam idem dominus existat, vt ab illo feudum
reci-*

recipiat remittendo; allegatur haec causa: quod ratione sit consonum et iuri consentaneum ac a nostris militibus viris prudentibus in nostra curia probatum, quod nullus dominus vasallum suum, eo iure, alienare valeat, ipsi vasallo illum, qui inferioris conditionis existat, quam ipse dominus sit, pro domino, assignando. Vtrum immunitas a tributis, praediis vasallorum nobilium competens, ad feuda vasallis suis data porrigitur, omnino quaeri potest. Quod si pars praedii equestris in beneficium data fuerat, ut vasallus in feudo resideret, dubitari non poterat, an idem obtinuerit, si vasallus nobilis aut aedes, aut agros, aut horrea, aut prata, vasallis suis dederit, dubium videtur, equidem aiendum puto, quia ratio immunitatis ad eadem praedia porrigitur. Itaque EPISCOPVS MISNENSIS an. 1185. ap. KREYSIGIVM T. I. der Beytraege zur Historie der Sachsischen Lande p. u. forenses et colones in Leubenitz interdixit mansum suum vel agrum militi aut qui miles sit futurus dare vel vendere, quod si quis facere praesumferit, tam vendens, quam emens manso priuetur et eam Episcopos in suam proprietatem trahat. Evidem ex ipsa charta rationem intelligere mihi videor, ne censibus et tributis eximerentur praedia.

6) cf. WOLKOPPIVS in diss. ME PRAESIDE, de originibus iurisdictionis feudalis ex iurisd. ordinaria repetundis Lips. 1781. habita.

7) Luculentum exemplum in tabulis apud ILL. PÜTTMANNVM in comment. Ueber die Sattelböfe deren Rechte und Freyheiten app. doc. num. XIII legitur.

8) Non omnia praedia, quae Sadel, Seidel et Sattelboeue dicuntur, feudorum generibus comprehendendi docuit ILL. PÜTTMANNVS in cit. commentator. Quam late autem patet praediiorum ignobilium' nexus feudal affectorum vñus, meum non est dicere.

9) cf. Musterregister des Marggraftums Oberlausitz apud REDERVM c. l. p. 141.

10) Specimen diligens et doctum dedit IGN. FABER in opusculo: historisch iuristische Abhandlung von den Freygütern und Freyzinjen im Erfurischen nach ihrer Geschichte, Natur und rechtlichen Beschaffenheit — Erf. 1793. 4.

§. 29.

De originibus iuris feudorum particularis.

Vnum quodammodo fuit institutum feudorum vsque ad seculum XIII. medium, vnumque ius feudale pro natura tamen feudorum discrepans. Hoc autem tempore non feuda imperii solum iuribus propriis vii coeperunt, quod supra iam enarravimus, quantum huic historiae accommodatum visum fuit, sed particularia etiam feudorum iura originem ceperunt. Cum enim Principes et vassalli eandem utilitatem sequerentur, idem territorium regerent, eandemque colerent societatem, proprium sibi ius constitutere saepe e re sua duxerunt. Hoc quidem ius partim ad formulam territorii, partim ad ius priuatum pertinuit, atque ex his fere fontibus manauit. Primum quidem pactis conventionis dominum inter et vassallos territorii initis noua iura suere constituta, quibus partim iura communia praesertim vassallis damlosa, ut puta de praefandis equis et armis seniori post mortem patris, de reditu feudi ad dominum, impubere vassallo relicto, abrogarentur, partimiura singularia in utilitatem ipsorum verbi causa de dote viduae ex feudo constituenda, de filiarum emolumentis ex praediis clientelaribus a successore feudi vel domino praefandis, de ampliandis successionum iuribus, servitis feudalibus loco, tempore atque expensis adeo circumscribendis, reciperentur¹⁾. Deinde

P decre-

decretis iudiciorum imperialium priuilegiisque Caesareis iura noua vassallis territoriorum data fuerunt. Incerto enim iure recurrere licuit ad Imperatorem, omnium legum fontem, vt aut iudicio Principum et litem et ius ambiguum decideret²⁾ aut priuilegio ex plenitudine potestatis dato ambiguitatem tolleret³⁾. Tum etiam ipsi Principes aut sponte, dum territorium aliquod acquirebant, aut rogati a vassallis suis, priuilegiis aliisque modis noua indulgebant iura, quibus aut iuri communi derogatur, aut id ipsum ad territorium adcommoda-
retur⁴⁾. Tandem etiam in comitiis territo-
riorum curiisque feudalibus, exorta lite, sen-
tentiis parium rerumque iudicatarum auctorita-
tate iura statuta fuisse cognouimus, quibus
omnibus quidem effectum fuit, vt iura territo-
riorum feudalia saepe discrepant.

Indulgentissimi fuerunt Principes ecclesia-
stici eaque de caussa iura feudorum in territo-
riis ecclesiasticis a iure communi maxime de-
flectunt. Nec causae mihi longe arcessendae
videntur. Illi enim Principes electione ad
rectoram territorii vocati, iis quorum suffra-
giis atque auxiliis Principatum obtinuerant,
iura ac priuilegia indulgere non grauabantur,
accessit vassallorum potentia, quam Principes
temporarii coercere neque poterant semper,
neque anxie curabant. Tandem etiam ad ob-
lationes praediorum aut prouocandas aut certe
non

non impediendas ampliari placuit feudorum et vassallorum iura, quibus, in territoriis curiisque quibusdam effectum fuit, ut feuda parum ab allodiis distarent, quamvis regula, feuda etiam ecclesiastica esse recta, propria et masculina, his exemplis non euertebatur. Itaque in multis curiis mos inualuit, vt in litteris clientelaribus, ius curiae, secundum quod datum acceptumque fuerat feudum, definiretur ¹⁾, sed quibus temporibus, pacis, priuilegiisque haec omnia in singulis prouinciis euenerint, ex monumentis cuiusvis territorii distinctius documentum.

¹⁾ Paucia exempla promam. *Tabulis an. 1276.* Philippus senior de Hohinfels apud GVDENVM T II. Cod. Dipl. num. 153. ait: *praeceva si aliquem praedicatorum vassallorum cedere vel decadere contigerit reliquo herede infra dies aetatis legitimae constituto, nos et heredes nostri a tali herede iura, quae Annull, Horrgewede vulgariter appellantur, nullatenus requiremus.* Plura exempla suppeditatae chariae apud WESTPHALENIVM T. IV. Mon. Cimbr. dipl. Meckl. num. 26. WÜRDWEINIVM T. VI. subf. dipl. num. 153. ACT. OSNABR. T. II. P. III.

²⁾ Archiepiscopus Salisburgensis a Conrado R. Friderici II. A. filio hoc decretum apud AVCTOREM de Inuaria p. 513. obtinuit: *quod quilibet infundatus ecclesiae Salisburgensis vel alterius feudum suum, si necesse fuerit, cum infundatus eiusdem ecclesiae, qui suar conditionis fuerint, et non alis euincere valeat et debeat obtinere.* Dicitur haec sententia ab omnibus approbata, ideoque egregie illustrat mores maiorum in iudicis clientelaribus. Eidem Praefuli an. 1281. c. l. p. 495. a Rudolpho I. hoc ius fuit datum: *coram nobis per sententiam exiit declaratum, quod si aliquis officialis eiusdem*

Salzburgensis ecclesiae sive Camerarius sive Marschal-
eus aut Pincerna vel Dapifer, relictis pluribus heredi-
bis masculis ab hac luce decepsit, maior natu sive se-
nior filius patris in officio debet succedere ac praeditum
officium deseruire. ABBATISSA QVEDLINBURGEN-
SIS anno 1230. de succeſſione ministerialium fuorum
masculina, ap. KETTNERVM Antiqu. Quedl. p. 218.
et ERATHVM Cod. Quedl. p. 150. EPISCOPVS MIN-
DENSIS an. 1295. T. XIII. nou. ſubf. dipl. p. 41. de
damno a caſtrenib⁹ ſuis ferendo; ABBAS ELLWAN-
GENSIS tam a Conrado R. R. quam a Carolo IV. ap.
GLAFEY Anecd. p. 471. de feudiſ propter alienatio-
nem ſine conſenſu domini feſtam aut inueſtituram ſtato
tempore non renouatam committiſ, decreta impetrarunt,
ſimilaque Conradi III. an. 1150. Friderici I. an. 1188.
SENKENBERGIVS Corp. Iur. Feud. p. 745. et 750.
Guilielmi R. R. an. 1253. GERKENIVS T. III. Cod.
Dipl. Brand. p. 150. ediderunt. Vnum addam, quod pro
lege generali acceptum fuit. Ad rogationem Abbatis
Werdinensis: an aliquis vassalus vel alter quicunque
qui bona tenet a domino, quoenam nomine conſtanter
poſſit alienare vel diſtrahere illa bona domino ſuo ſuper
hoc nullatenus requiſito? Rudolphus I. anno 1290.
apud SCHATENIVM T. II. Annal. Paderb. p. 169.
conſilio procerum definiuit: quod neque vassalus vel
alter aliquis fidelis, praeter ſcienſiam domini, iſfa bo-
na, que tenet a domino, non poſſit alienare vel diſtrahere
quoquo modo et ſi contrarium fecerit, iſfa bona ad
manus domini deuoluuntor et de iſpſis dominus poterit
ordinare pro ſuae libito voluntatis.

- 3) RUDOLPHVS I. anno 1290. Caſtrenib⁹ imperii Op-
 penheimenſibus apud SCHILTERVM ad Ius Feud.
 Alem. p. 306. hoc priuilegium indulſit: quod quicunque
 ex dicitis caſtrenib⁹ habens pueros moritur — ſi vxor
 ipſius poſt mortem ſuam ſe a conſortio legitimi marii
 continuerit, quod ad tempora ſuae vitae in ſuo caſtreni
 feodo reſideat pacifice et quiete et poſt mortem ſuam
 idem feodium, ſi filios habuerit, ad ſeniorem filium, ſi
 vero filias ad ſeniorem filiam deuoluatur. Idem apud
 MARQVARD. HERRGOTT. T. I. Geneal. Habsb. num.
 DCVII. ciuium de Rinueldem ius ſuccedendi in bona
 feoda-

feodalia ad feminas quoque extendit. CAROLVS IV.
apud MENCKENIVM T. III. SS. Rer. Germ. p. 2029.
nescio cui eum posteritate sua ius tribuit adquirendi
feuda nobilia, omnibus aliis autem eminent priuilegia
LVDOVICI et CAROLI IV. ciuibus Misniae et Thuringiae anno 1329. et 1350. data, quae ME PRAESIDE, BOEHNIVS diff. de ciuibus praesertim Saxonice
feudorum equestrium capacibus Lips. 1784. edidit et il-
lustrauit. Quaedam alia eiusdem generis priuilegia in-
dicauit VIR ILL. BOEHMERVS Princ. Iur. Feud.
§. 96. his addi possunt, etiam documenta apud
SCHOEFFLIN. T. II. Alf. Dipl. p. 9. quibus et ciuibus
Muhlhusanis et Landowiensibus ius feudorum indulge-
tur. Nec silendum est priuilegium Archiepiscopo Col-
loniensi anno 1372. apud LÜNIGIVM T. I. Corp. Iur.
Feud. p. 399. de succeſſione feudorum Colonientium
masculina eorumque apertura, datum.

- 4) Paucæ exempla legam. DOMINI DE WERLE apud
WESTPHALEN T. IV. monument. Cimbr. p. 928. anno
1235. ciuibus urbis Plauen inter alia priuilegia etiam
hoc impertiti sunt: Item aequam portionem babere de-
bent filiae cum filiis in omnibus bonis tam feidis, quam
aliis et si non sunt filii, praefarsi debent filiabus bona
patris.
- 5) SCHANNATVS Client. Ful. Seſt. I. cap. II. §. 5. aliisque
locis de clausula; NACH FVLDISCHEN LEHNRECHT,
differuit, atque aliarum curiarum morem definiendi ius
feudale, ex quo iudicetur feudum, retulit KOPPIVS
T. I. der Proben des deutſchen Lehnrechts num. II. p. 31.
breui etiam exempla quaedam recensuit V. ILL. BOEH-
MERVS diff. de decisione cauſarum feudalium secun-
dum ius curiae §. X. Schannatus clauilam illam secu-
lo XIV. recepam in curia Fuldenſi, tricis et cauillationi-
bus iuris Alemannie et Longobardici oppositam fuisse
ait. Interdura tamen cautum reperimus, vt iura rel-
ativa in feidis extra curtem obſeruarentur, quo priuile-
gio feuda territorialium Saxoniorum Bohemica et re-
liqua gaudent. LÜNIG. T. II. Corp. Iur. Feud. p. 236.
exemplum præbet, ideoque disputatio, vtrum ius cu-
riæ an territorii sequendum sit, quam noui commen-
tatione DABELOWIVS Meletematum iuris feudalis p.
§. seqq. illustrauit, ad praedia Saxonica non spectat.

§. 30.

Narratio de feudis oblatis quorundam territoriorum refellitur.

Quam fabulam historiae et iuri feudorum imperialium illatam supra cognovimus, nimisrum ut omnis territoriorum Germanicorum clientela ex oblationibus repeteretur atque exinde feudorum imperialium natura existimaretur a iure communi recedere, eandem in territoriis quibusdam relatam inque iuribus feudorum indagandis atque expendendis fundamenti loco positam reperimus¹⁾. Itaque quaesitum fuit in nonnullis Germaniae provinciis, praesertim in iis, quae a gentibus Slavicis excultae, primitus feudorum instituta et rationes ignorarunt, vtrum feuda horum territoriorum data sint an oblata? atque hoc posito aut concessum collectum fuit, esse improoria, ex quibus nescio quae iura atque priuilegia effingere, totamque prope feudorum disciplinam euertere placuit. Hanc viam, vt paucorum duntaxat territoriorum rationem habeam, viri docti in feudis Lusaticis²⁾ Mecklenburgicis³⁾ Pomeranicis⁴⁾, aliisque institere, vt omnino haec quaestio ab instituto nostro haud aliena videatur.

Primum equidem negandum esse duco in vniuerso territorii iure constituendo isti quaestioni vim aliquam tribui posse. Nemo certe probauerit in villa Germaniae prouincia omnes territorii dynastas ingenuosque praediorum

rum liberorum possessores, terras suas certa lege et condicō iure Principi suo simul obtulisse, vt ab hoc in suam et territorii clientelam receptae, eodem, quo oblatae fuerant iure privilegioue redderentur. Atque hic vñus et solus foret casus, quo contendiposset, feuda territorii esse oblata ideoque impropria, quamvis etiam nunc in singulis iuris feudalnis articulis, si quid praeter ius commune adsereretur, probatio vassallis incumberet. At enim ex singulis praediis paulatim oblatis receptisque in clientelam in vniuerso territorii iure nihil plane efficitur. Qui enim contrahit ius commune territorii sequi censetur, donec ius singulare pacto vel stipulatione comprehensum doceatur. Ex quo appetit in fevdis quoque oblatis iura communia seruari oportere, donec vassallus priuilegium demonstrauerit, non quidem ex sola oblatione, ex qua nihil efficitur, sed ex paectis oblationi adiectis priuilegiisue legitime obtentis. Ex quibus iam apparere puto, nihil referre, data sint feuda, an oblatā⁵⁾. Sed tota illa narratio monumentis historiarum quoque repugnat. Duplicem propagandorum fevdorum in terras Slauicas modum supra distinximus⁶⁾ prout populi aut plane devicti et sub iugum redacti fuerant, aut sua sponte imperio Germanico se submiserant. In subactis quidem prouinciis, veluti Lusatia, Marchia Brandenburgica aliisque, feuda ex datione originem cepere. Insignes enim territo-

tri partes, excisis aut electis populi deuicti primoribus, victori vindicabantur, qui easdem iure feudi militibus distribuere solebat, ut et fructus victoriae more maiorum simul partarent, et militum praefidariorum ac limitaneorum instar populos sub jugum redactos expulsosque rocerent. Olim quidem, quoad nexus clientelaris pro domestico et priuato instituto erat, tales terrae in plenum dominium dabantur, eaque de caussa fortis Burgundicas, Gothicas, Vandalicas atque adeo terras Salicas iure liberi allodii possessas fuisse diximus?), sed alia fuit medio aeuo disciplina. Receptum enim erat, ut magistratus ac milites ciuitati eiusque Rectori fidem sponderent clientelarem⁸⁾, fructusque beneficiorum pro stipendio haberent. Itaque terrae deuictae in subiectiōnem et clientelam, more maiorum redactae fuere, ut et Princeps et milites fidem promitterent vassalliticam. Neque aliter militibus concedi poterant praedia, quia non ut olim, obligatio militandi ex possessione rei, sed ex fide et spōnsione clientelari oriebatur. Itaque et mores et iura exigebant, ut victoribus militibus terrae in prouinciis deuictis lege feudi darentur. Ex quibus sequitur, ut feuda prima et antiquissima in his regionibus ex datione processerint, nec vassalli de iuribus singularibus sibi stipulandis cogitauerint. Progressu temporis quidem factum est, ut praedia pristinorum colonorum Principi iure clientelari reden-

denda traderentur, sed tantum abest, vt inde totum prouinciae ius mutatum fuerit, vt potius haec quoque praedia ius aliorum feudorum admittere oportuerit, nisi in vno alteroue articulo ex indulgentia domini priuilegium aliquod obtinuerint. Has feudorum origines et primas juris feudalis rationes in Lusatia ⁹), Marchia Brandenburgica, Prussia, Curlandia, Livonia atque Ehslandia fuisse monumentis sive dignis demonstrari potest, feuda igitur harum prouinciarum pro datis habenda sunt, quamuis oblata eisdem interesse non negem, atque ius commune, proutius publicum et feuiale cuiusuis prouinciae demonstrat, sequendum erit, donec mutatio facta doceatur. Itaque historia declarabit, quibus ex caussis factum fuerit, vt progressu temporis iura feudorum in singulis prouinciis discrepant.

An easdem rationes in iis territoriis sequi debeamus, quorum populi in clientelam regni Germanici sua sponte concesserunt, omnino quaeritur. Ego vero nullus dubito. Principes enim harum prouinciarum aut Imperatoris, aut vicini Ducis clientela suscepta mox, hoc ipsum institutum in ministeriis et vassallis domesticis imitati fuere. Quamobrem in his quoque prouinciis feuda antiquissima fuerunt data, et iura, quibus existimabantur, Germanorum communia. Accesserunt nunc omnino feuda oblata perquam multa, nego autem inde sequi, vt omnia iure singulari ytantur. Instituta

enim et iura feudorum recepta inde mutari oportuisse, neque historia tradit, neque ratio ciuitatum Germanicarum posulat. Quam obrem in his quoque prouinciis ius commune seruandum erit, donec mutatio priuilegium que demonstretur. His regulis feuda Mecklenburgica¹⁶⁾, Pomeranica et vicinorum territoriorum iudicanda esse puto. Quae enim eorum iura singularia doceri et obseruari solent, ex aliis caussis, non ex oblationibus praediorum, repeti debent. Eadem tandem fabula de territoriis Germaniae ecclesiasticis narratur. Quanquam enim me non praeterit, multa feudiis ecclesiasticis inesse oblata, tamen antiquissima horum territoriorum feuda ex datione prouenerunt et ius commune fundarunt. Quoad enim licuit Praesulibus Germaniae bona ecclesiastica in feudum dare, nihil fere tam sanctum erat, quod non comparandis vassallis impenderetur ac ne a decimis quidem iure feudi concedendis abstinerere manus, donec Pontifex Romanus, donatores et tandem legum latores his abusibus finem fecere¹⁷⁾). Itaque etiam feuda Principum ecclesiasticorum iure propria existimari debere statuo, donec ius singulare legitimo modo obtentum demonstretur. Sed digitum intendisse sufficiat, quilibet his principiis imbutus indagando et expendendo patriae suae monumenta, verum inueniet, nullam vim neque Principis neque vassallorum iuribus illaturus.

1) HOR.

- 1) HOR. COMMENT. F. II. Vol. II. §. 1. p. 3. Feuda provincialia esse oblata ideoque impropria statuit generatim PETR. LVDEWIG de iuribus feudorum cap. V. p. 2. plures, qui cum secuti sunt auctores, excitare nolo, optimus quisque tamen fere huic doctrinae contradixit.
- 2) PETR. LVDEWIGIVS de differentiis iuris feudalis Lusatiae atque communis, diff. I. Longobardici iuris, inquit, rigor feuda tangit beneficiata, alia ratio feudorum Lusatiae, quae in numero oblatorum, ideoque virgula notari merentur paulo leniore. Eundem in modum differuit BVDAEVs von dem Ursprunge der Lusatizischen Lebne, ihrer Natur und Eigenschaft apud SCHOTTVM T. I. des iuristischen Wachenblatts p. 7 seqq.
- 3) cf. TORNOVIVS de feudis Mecklenburgicis cap. I. §. X. ENGELBRECHTIVS diff. de singularibus feudorum Mecklenburgicorum iuribus §. III.
- 4) Praeter MEVIVM in consilio apud LUNIGIVM T. II. Corp. Iur. Feud. p. 1478. et TORNOVIVM c. I. §. 9. id sequitur est AVGVSTINVS DE BALTHASAR diff. de iure reinfudationis speciatim reformationis feudi in Pomerania cap. I. §. 2.
- 5) cf. ILLVSTR. C. G. LIE. RARO DE GVTSCHMID in prol. de feudis omnibus iure proprietorum omni ex parte censendis nisi mutatio rationis feudorum communis speciatim demonstretur Lips. 1756. et qui eadem secutas est principia DAN. NETTELBLADT diff. de iuribus et obligacionibus ex feudorum oblatione descendantibus Halae 1770. Ipse LVDEWIGIVS, qui doctrinam de feudis oblatis atque opinione sua impropriis, prae aliis excoluit, usum eius et applicationem negat in territoriis clausis, Praef. ad SS. Rer. Bamberg. p. 4. Itaque intelligimus successionem adeo filiarum cessare in feudis oblatis, nisi singulari conventione concessa fuerit. Tabulis an. 1227. Vol. I. SS. Rer. Bamberg. p. 191. ita legitur: Dux Carinthiae dedit ecclesiae Bambergensi in perpetuitatem, castrum Wendenberg et alia bona, quae emisit ab Abbe de S. Paulo ad idem castrum pertinentia et ipse Dux castrum idem et eadem bona accepit in feudo ab

ab Episcopo Bambergensi taliter, quod tam filii, quam
filiae Duxis ipius in eisdem bonis ius habeant feudale.
Castrum Ingweiler anno 1339. oblatum fuit ea lege,
vt filii et filiae successionis haberentur capaces, quod
ex tabulis apud AVGVSTVM BACHMANNVM in
Beyträgen zu dem Pfalz Zweibrückischen Staatsrechte
p. 127. apparet. Haec tamen disputatio non eam vim
habet, vt feuda Germanicarum prouinciarum ex solo
iure Longobardico indicentur, ante omnia enim inspi-
cienda sunt iura territorialia atque imperialia, nega-
mus duntaxat feuda prouincialia secundum regulam
esse oblatas, negamus quoque ea, quae in numero obla-
torum ponuntur, per se, esse improoria.

- 6) HOR. COMMENT. P. II. Vol. II. §. 13. sub a. et b.
- 7) HOR. COMMENT. P. I. Lib. II. cap. IIII. §. 67. p. 247.
- 8) cf. IGN. SCHMIDTII Historia Teutonum T. II. p. 102.
quamvis pauca duntaxat in hanc rem obseruauerit,
- 9) NICOLAVS L. B. DE GERSDORF in diss. PRAES:
STRYKIO de feudis Lusatiae superioris cap. I. §. 19.
et n. veras origines et feudorum et iuris feudalis Lufa-
tici iam tradidit, cf. RITTERI aestheſe Meißnische Ge-
ſchichte.
- 10) ENGELBRECHTIUS c. I. fatetur quidem vicinas pro-
vincias seculo iam XII. nexus feudalem suscepisse, at-
que Henricum Leonem teste HELMOLDI in chr. Schau.
apud LEIBNITIVM T. II. SS. Rer. Brunsu. p. 612.
terram Obotitorum militibus suis possidendam diniſisse,
neque tamen non statuit, feuda Mecklenburgica esse
oblata. Veriora docuit RUDLOFFIUS T. II. der
Mecklenburgischen Geschichtē p. 134. adscribam locum :
Der grösſte Theil sowohl wendischer als deutscher Ein-
wohner hatte seine Güter den Verleibungen der Landes-
herren zu danken, welche ihnen bey der neuen Bevölke-
rung des Landes die verödeten Felder zur Cultur an-
gewiesen. — Um die Sicherheit dieser Pflanzungen mit
dem Nutzen ihres Stifters desto unzertrennlicher zu ver-
knüpfen, war in Ermangelung besoldeter Truppen, un-
leugbar das deutsche Lehnssystem, das schicklichste und
für beyde Theile das vortheilhafteste Mittel. — Von
aufgetragenen Lehen hingegen hat unsere ganze Ge-
ſchichtē keine einzige Spur aufzuweisen. Durch diese
gleich-

gleichförmige Entstehungsart derer hiesigen Lebne war die Lehnsvorfaßung sowohl in den Wendischen Landesabtheilungen, als in der Grafschaft und dem Bisisthunz Schwerin mehrheitlich auf so gleichförmige Grundsätze gebracht, daß man selbige in jedem dieser verschiedenen Landstriche unter den Namen der gemeinen dortigen Lehnrechts, (Mannrechts) commune vassallorum nostrorum ius — quo milites et omnes vassalli nostri receperunt et possident bona sua — more vassallorum dominii Rostock, secundum iura et statuta Lwerensis terrae, begrif.

- II) Quid ALEXANDER III. in concilio Lateranensi III.
anno 1179. sanxerit ex cap. 19. X. de decimis adeo con-
stat, sed cum VRBANVS III. executionem huius de-
creti vrgeret, FRIDERICVS I. A. in comitiis Gelnhu-
fanis hac de re cum ordinibus regni consultauit, sed ne-
gata fuit restitutio decimarum, secundum CHRONICON
SLAVORVM lib. III. cap. 18. quia easdem p[ro]aepotentes
et nobiles viri ab ecclesia in beneficio stabili acceperant,
vt ipsi defensores ecclesiarum fierent, quae per se suar[um]
obtinere non valerent. Quare istud caput interpretatio-
ne ad declines antiquitus, id est, ante concilium Late-
ranense III. in feudum datas non pertinere existimat-
um, ita tamen restrictum fuit, vt decimarum feudo-
nouales excluderentur. cf. cap. 7. X. de bis, quae sunt
a Praelato — cap. 25. X. de decimis. Vnas tabulas
addam. SCHVLTESIVS in opere; Historisch Statisti-
sche Beschreibung der gefürsteten Grafschaft Henneberg
p. 181, chartam EPISCOPI HERBIPOLENSIS an. 1250.
scriptam edidit, qua facetur, se medietatem decimae
villae Dystelfstadt Comitibus de Henninberg, hos autem
Reinbardo de Kundorf iure feudi concessisse.

CAP V T IX.

DE IVRE SVCCESIONIS, S' MVLT
TANEAE INVESTITVRAE ATQVE
EXPECTANTIARVM IN FEVDIS TER-
RITORIALIBVS.

Quae supra de successione praesertim in feudis imperii, de simultanea inuestitura atque expectantiis diximus, usum habuisse in territoriis principum, per se intelligitur, et passim etiam dictum fuit, neque tamen non summa-
tum haec tangenda erunt. De feudis enim castrorum et castris nec non de ministerialibus eorumque beneficiis generatim satis exposuisse videmur.

§. 31.

De successione in feudis territorialibus.

Successio eorum feudorum, quae superioritati territoriali subiecta fuerunt, inde a Friderico II. ita obtinuit, ut liberi aequali iure admitterentur, neque villam aut maior aut minor natu praerogariam lege haberet. Potestas diuidendi feudum, unique adsignandi, aut possidendi in communione non competit solum successoribus, sed ipsa successio etiam ita firmata fuit, ut ne patri quidem eam aut interuertere aut minuere liceret¹⁾. Quanquam effectus diuisionum eadem pertica in omnibus territoriis metiendos non suaserim, praesertim in curiis ecclesiasticis, fundamentum tamen successonis feudalnis a maioribus receptum etiam

etiam per hoc tempus pro regula obseruatum fuit, vt ii soli, qui communionem feudi natalibus adquisitam, retinuerant, aut amissam recuperauerant, aut alio modo adepti fuerant ad successionem vocarentur²). Ad quam quidem retainendam non opus erat semper inuestitura simultanea, sed natalibus ab eo, qui primus feudum comparauerat, demonstratis, communio, si probari non poterat, iureiurando adstruebatur³). Ex quibus intelligitur successionem iure sanguinis per inuestitaram primi adquirentis nondum inualuisse, multo minus autem successionem solo sanguinis iure, quale in iure ciuili spectatur, existimatam fuisse, eosque qui feuda gentilitia ex monumentis medii aevi demonstrare cupiunt, in cassum laborare⁴). A stirpe deriuare successionem secundum gradus generationum, Germanum, sursum, dextrorum, sinistrorumque succedere secundum gradus personarum, Romanum est.

1) cf. ECCARDVS A REPGOW Lib I. Iur. Prou. cap. 14.
Interdum ab regula recessum et seniori inter fratres praerogatiua successionis tributam fuisse, praesertim in feudis Aduocatiae et castrenibus suo loco dictum, regulam tamen iuris antiqui letisse, tabulae CAROLI IV. an. 1372, ecclesiae Coloniensi datae apud SENKENBERGIVM Corp. Iur. Feud. p. 810. docent. Addi posunt tabulae anni 1321, apud WESTPHALEN. Praef. T. IV. Mon. Cimbr. p. 56. et quae HOMMELIVS Obiect. Feod. p. 146. tradidit.

2) Henricus Holzapf von Appenheim apud WÜRDWEINUM T. VI. subf. dipl. p. 242. rogat Archiepiscopum Mogunitum Charta an. 1347. vt feudum castrense concedat, Arnulde von Wiunning mine nefen und finen libis

*libis lebins erbin mit mir wollit liben und setzin in dar
in ir retchir gemeinschafft also, wan ich nit in were das
daz selbe leben mit Hus's garten und andirs was darzu
geborit als ich iz von ueh und ureme stiffe bis her zu
leben gehabit und besezsin han es den egenanten ar-
nulden oder sin libis leben erben gantz und gar falle
und iysterbe, wan er uch ureme stiffe wolle dynin mag.*
LANDGRAVII Thuringiac tabulis an. 1350. apud LV-
DEWIGIVM T. X. Reliqu. Dipl. p. 172. fratres inuesti-
verunt ita: auch heben wir yn tr Gut miteinander ge-
ligin, also, ob ir einer abeginne aue erben — daz sin
Gut uff die andern und uff ire Erben an allerleie hin-
dernis sal gevallin. CHARTA an. 1466. c. l p. 560.
datur castrum cum vrbe ZV GESAMPTEN LEHEN
pro filiis et filiabus. CAPITVLUM MINDENSE tabu-
lis anni 1304. apud SCHELDTIVM Mantissa Doc. p. 289.
testatur: secundum tura feudorum, quae volunt, ut feu-
dum, quod vulgariter Mannhof dicitur, post diuisio-
nem hereditatis per mortem feudatarii, non ad fratres,
sed potius ad feudi dominum resuertatur.

- 3) IAC. REINHARBTVS in Opusc. neue Anmerkungen von
der Lehnfolge aus der Gemeinschaft ohne Mitbelohn-
schaft 1762. in octenis edito, rerum iudicatarum auco-
ritate id firmauit. IVS FEVDALE PALATINVM
anno 1463 secundum SCHILTERVM ad Ius Feud.
Alem. cap. 43. §. 5. constituit: die Lehen fallen nicht
auf die Gebrüder oder Geuettern, sondern bleiben al-
lein auf der absteigenden Linie, es wäre dann vor eine
Gemeinschaft empfangen und hergebracht worden. Feu-
dum in communione recipitur, si unus suo et agnatorum
nomine inuestitur, eaque est simultanea inuestitura,
quam probationis causa litteris clientelaribus inferere
mos fuit, de quo AVCTOR operis: die Gemeinschaft,
als ein wahrer Grund der Erbfolge — p. 453. dixit,
sed non necessarium est, vt id litteris probetur, modo
aliunde de communione feudi constet.
- 4) Controversias hac de re in curiis nonnullis, praefertim
Franconiae, agitatas, meas non facio, KOPPIVS T. II.
der Proben des deutschen Lehnrechts p. 44. nobiscum
sentit et medii aevi monumenta expressis adeo verbis
cauent,

cauent, ne iure sanguinis feudi successio aestimetur. Praepositus ecclesiae Raceburgenis tabulis an. 1261 apud DREGERVM Cod. Pom. Dipl. p. 448 ait: *contulimus, ut praedictus Ekkehardus et sui heredes legitimi in feudo eam (villam) ab ecclesia recognoscant et a praeposito nostro, qui pro tempore fuerit, more vassallorum recipiant.* Quod si mortuus fuerit idem Ekkehardus sine heredibus, non ad aliquos propinquos sive extraneos, sed ad ecclesiam dicta villa libere reveretur. In feudis oblatis conditionem interdum adieclam reperimus, ut iure sanguinis successio ordinaretur, qualia exempla ap. HONTHFIMIVM T. I Hist. Treu. Dipl. p. 802 et p. 877. occurunt. Sed in tali casu lex oblationis omnino valere debuit, id ipsum autem nouam prodit rationem, hoc tempore nondum recessum fuisse ab iure Germanorum proprio.

§. 32.

De simultanea inuestitura.

At enim in multis curiis territoriisque ius antiquum, quo omnis successio quacunque divisione perimebatur, retentum fuit, adeo ut ne ius quidem diuisionis imperfectae admittetur. Sed ne obseruatio iuris antiqui, quod ab initio et vix introducta feudorum successione haud iniquum erat, firmata per tot secula feudorum successione, in detrimentum familiarium nobilium vergeret, simultanea inuestitura in morem abiit, eiusque seculo XIII. tot monumenta exstant, ut vix numerus iniri possit^{1).} Nec tamen in hoc subsistit vassallorum prouidentia. Variis enim modis, ne diuisiones in calumniam verterentur, sibi consulere et priuilegia impetrare studuerunt. Singuli enim in-

Q

ter-

terdum posteritati suae prospexerunt, vt ne vnquam diuisio communionem feudi tolleret²⁾, deinde pactis conuentis Principis et ordinum territorii sanctum legimus, vt ne consanguineis a primo adquirente descendantibus manus coniuncta denegaretur³⁾. In his prouinciis igitur paulatim in morem abiit, vt successio ex simultanea uestitura repeteretur, quamvis reuera ex communione feudi competenteret. At vero haec priuilegia ad consanguineos a primo feudi adquirente prognatos restringi debent, nisi eorum ampliatio doceatur, vt adeo extranei, tam in nouo, quam vetere feudo in eius communionem recipi queant⁴⁾). Neque tamen non id in vniuersum tenendum, vsum simultaneae uestiturae per totam Germaniam patuisse et necessarium fuisse tam ad successionem in feudo nouo, qua dato, qua oblatto, adipiscendam, morem enim Longobardorum feudum nouum iure antiqui concedere, vt agnati successionis participes reddantur, reperire non memini, quam in successione feudi amissa recuperanda, aut in feudo iam constituto adipiscenda; vt taceam hunc optimum demonstrandae communionis in feudo modum semper habitudinum⁵⁾.

1) cf. GERKENIVS *Cod. Dipl. Br. charta anni 1276. T. I.*
p. 257. an. 1287. p. 244. an. 1329. *T. II.* p. 469. an. 1335.
p. 573. an. 1338. *T. III.* p. 200. vt ne plura, veluti p. 209.
et *T. V.* p. 25. aliisque chartis obvia exempla item.

2) *Charta* an. 1304, apud GERKENIVM *T.IV.* 370. *Marchionis Brandenburgici dominis de Kotzebuz in Lusatia*
feudis

feuda contulerunt ea lege: quod praedictis fidelibus nostris amboibus simul omnia eorum bona contulimus, ita videlicet, quod non obstante eo, si Fredelhelnum cum Iohanne in bonis huiusmodi contingret vel contigerit ab iniucem separari et si Iohannes aut Fredelhelmus sine heredibus vel sine herede de medio subatus fuerit, quod bona alterius ad alterum et ad suos heredes sine medio denouantur. Tabulis an. 1343. T. II p. 562. tribus fratribus priuilegium dividendi datur: dat en Schall en an iher samenden Hand nicht binden und liben ihn eyn recht Angequelle. Plura exempla dabit GERKENIVS T. I. der vermischten Abhandlungen no. ii. p. 41. In tabulis anni 1261. apud SCHOEPFLINIVM T. I. Alf. Illufr. p. 453. iam tale priuilegium occurrit. Vnum addam. Domini de Alvenschen anno 1399. apud GERKENIVM T. II. Cod. Dipl. p. 44. inuestiuntur haec adiecta clausula: und scatibnen an der samenden Hand mi schaden das sie scheiden Rock und Brod bebben, und wen ihnen einer abginge ahne teibeserben so scat das vorgenante Gut bey den andern vorbenannten bliuen und bey ihren rechten Erben.

- 3) WRATISLAVS Dux Pomeraniae, tutor Marchionis Brandenburgici apud GERKENIVM T. III. Cod. Br. p. 89. vassallis promisit: Were dat ouer also dat enrich Ritier oder Knecht florve, sinen rechten Ernamen seal man dat Gter liegen mit samender Hand ane Gheld. Were dat sick Kindere, Vertdere oder Brudere scheiden von enander dat so sunderlich brod budden, dat en seal de samede Hand nicht scheiden. In comitiis Lipsiensibus an. 1428. secundum WECKIVM Cbr. Dresden. p. 438. vassalli Saxonici filii stipulati sunt, vt ne inuestitura simultanea, post feudum diutissimum, consanguineis denegaretur. Verba apud WECKIVM p. 439. sunt: beklagten sich die Staende, dass die gesamte Lehen denen Geschlechtern wollten verweigert werden. Darauf entschieden die Fursten dahin: Dass Bruder und Vettern, so eines Helms und Schildes waren, zusammen begehrt werden sollten. ERICVS Dux Pomeraniae anno 1459. vassallis suis hoc priuilegium dedit: wenn Vetter von einem Nabmen, Schild oder Geburt, die samende Hand fordern, so soll man sie ihnen leihen.

Q. 2

Vtrum-

Vtrumque priuilegium, Saxonicum et Pomeranicum, eundem primitus habuisse sensum videntur, iure hodierno autem discrepare, meum non est pluribus expondere.

- 4) HOR. COMMENT. P. II. Vol. II. §. 20. not. 8. de ea spe-
cie diximus, qua extranei atque consanguinei, qui a
primo possessore non descendunt, in communionem
feudi recipiuntur. In Saxonia Eleitorali obtinuit, ut
qui feudum nouum sibi comparauit, per sex annos in
communionem feudi recipere queat et agnatos et ex-
traneos. In feudo antiquo idem quidem fieri posse non
dubitatur, id autem discriminis interredit, quod in illo
casu ius vassalli, in hoc autem arbitrium domini valeat.
Formam iam TABVLIS an. 1480. apud LVDEWI
GIVM T. X. Reliqu. Mitor. p. 586. ita expressam in-
venimus: *Wir haben auch umb funderlicher Gnaden
und seiner fleissen Bete willen Ern Ieronymus Ritter
und Heinrich von Hoyneuboffe seinen Bruder mit dem
obgeschribnen Schenkenamt und Lehen semplich zu
ym belehend und begeben sie semplich zu im bient ge-
genwertiglich in und mit Kraft dietzs Brieffs, doch
mit solchem Unterscheidt, murde de genente Mechior,
hic est vassallus principalis, mit dem Tode abgeben und
rechte Leibes Lebens Leben hinter ym nicht lassen, dass
alsdenn und nicht aber folch Amt und Leben an die
genannten Ehrn Ieronymus und Heinrich und ihre rech-
te Leibes Lebens Leben kommen und gefallen, die denn
sulein Lebin, wie Recht ist, volgen sollen.*
- 5) Ut intelligatur, quam late manauerint haec iura, vnum
locum ex IVRE FEVDALI EHSTLANDICO, quod
Rex Danorum WALDEMARVS II. equitibus suis con-
cessit, ERICVS autem anno 1315. in scripturam rede-
git, de quo infra §. XXXVIII. not. 14. breui diximus,
adscribere iunat. Verba haec sunt: *Sin der Broeder
twee edder dree edder mehr in ungedeleden Gude, de
hebben ere suamende Hand daron und eruet van einen
up den andern, dewyle se ungedelet sint. Steruet de
eyne, de dat Guht empfangen hefft, de ander empfaen-
get dat Guht binnen Jahr und Dagh, also dat gesbre-
wen seiet; wenn auer de Broeder delen, so is de jaan-
mend*

mend Hand uth. Und lohnet de Koning de Broeder
esste Broedern Kinder edder ock ander Lüde de sca-
mende Hand eeres Gudes nach eerer Delinge und steruet
einer sänder Kinder, sien gantz faelli an denicungen, de
de suamende Hand daran hefft und siene Schuld soll
be golden, devile dat dat Gantz wendet, dat au eenen
gefaffen is. Idem legitur in IVRE EQUESTRI LI-
VONICO apud OELRICHSIVM c. L. p. 73. Itaque
nobilitas Liuonise in pacto subiectioris cum Sigismun-
do Rege Poloniae an. 1561. inito, apud BOECKLE-
RVM de aquisito et amissio I. R. G. in Liuoniam iure
Act. num. III. in THEOD. KRETSCHMANNI Vol. I.
dissertt. ad Ius Pabl. Germ. p. 633. Sbi stipulata fuit:
etiam plures sunt in Livonia, qui cum consanguineis suis
atque aliis familiis ius simultaneae sine coniunctae ma-
nus contrahendi facultatem olim nocti sunt, ut hoc
ipsum privilegium a Vesta S. R. M. caeteris quoque
omnibus videlicet universae nobilitati, aequi illis, qui
sub dominio Dni Magistrorum ceterorumque Principum
mansuri, ac illis, qui S. R. M. Vestrae immediate sub-
diti futuri sunt, nosrisque personis — concedatur, in
omnibus illorum bonis feudalibus, quae modo obtinent,
quae in futurum quoque modo, sine speciali gratia sine
contrach lictio obtinere poterunt, non modo cum con-
sanguineis, affinis, sed aliis quoque exercitis familiis
arque sociis rite ius simultaneae sine coniunctae manus
coire et contrahere. Hoc est, ut habeamus liberam et
omnimodam potestatem de bonis suis disponendi, dandi,
donandi, vendendi, alienandi et in ius bene placitos,
non requisito Maj. Vest. consensu et alterius cuiusvis
superioris, cenuerendi.

§. 33.

De feudorum apertorum et expectantia-
rum iure.

Feuda territorialia ex variis causis ad pro-
prietatem reuerti potuisse, nihil dubitationis
habet, domini igitur potestas fuit aut retinendi

Q 3

rem

rem iure proprietatis receptam, aut ulterius in feudum dandi¹⁾. In quibusdam tamen curiis obtinuit, ut ne consolidarentur feuda aperta, sed iterum in feudum concederentur. Illud pro regula accipiendum, ideoque haec restrictio moribus, legibus, pactisue probetur necesse est²⁾. Facultas igitur concedendi expectantiam domino denegari nequit, modo intra fines legibus pactisue definitos eadem vtaur³⁾.

Quae quidem de iuribus feudorum particularibus sufficere existimo, finirem hanc narrationem historiamue, nisi ordines vassallorum in regno Germaniae, et multiplex clientelarum nexus, sine quibus neque historia imperii et territoriorum, neque monimenta medii aeui, neque feudorum iura intelligi nequeunt, operam nostram desiderarent. Itaque huic quoque rei me accingam.

¹⁾ LAMBERTIVS *Origin Hamburg.* p. 23. n. 78. monimentum super translatione Nordalbingiae ad gentem Schauenburgensem, edidit, quo dicitur: anno MCVI. *inclytus et magnificus Dominus Luderus Dux Saxoniae et Westphaliae*, qui postea Romanorum Imperator factus et *Lorbarius appellatus, contulit et dedit comitatuum Holstiae, Wagriae et Stormariae vacantem absque heredibus per mortem nobilis viri Dni Gotlofridi didicatum terrarum ultimi Comitis a paganis pro fide catholica cum multis christianis ministerialibus suis prope Hamburg interfecti, nobili viro Domino Adolpho Comiti de Schauenburg.* Hanc collationem HELMOLDVS et CRANZIVS confirmarunt, continet autem illustrare exemplum feudi aperti a domino per nouam inuenituram traditi; add. *charta RUDOLPHI I.* an. 1279. apud

CAP. IX. DE IVRIBVS FEVDOR. TERRITORIALIVM. 247

apud LVDEWIGIVM Vol. I. SS. Rer. Bamb. p. 1148.
qua Episcopo Bambergensi omne ius in feuda aperta
vindicatur.

- 2) In feudis Pomeraniae reinfeudationem fieri debere, con-
tendit AVGVSTINVS DE RALTHASAR *diff. de iure
reinfeudationis, speciatim reformationis fendi in Pome-
rania Gryphiswaldae 1750.* 4. Idem in quibusdam cu-
riis Principum ecclesiasticorum obtinere constat.
- 3) Expectantiae passim in diplomatis chartisque mediis
acui occurunt, exempla praebent *tabulae* apud GER-
KEN. T. V. Cod. Dipl. Brand. p. 8. T. VI. p. 482.
Atque insignia adeo nobilitatis iure clientelari data, pro
feudis apertis, extincta gente, habita, aliquis iure feudi
concessa, quid? quod expectantias adeo in arma gen-
tilitatis feudalia indultas suisse, probauit HAGEMAN-
NVS in *comment. de feudo insignium* 1785.

C A P U T X.

D E VARIO CLIENTELARVM
N E X V.

§. 34.

*De nexus clientelaris in regno Germaniac
praefantia.*

Totam Germaniam in se clientelis suisse
connexam ex iis, quae hactenus diximus, fa-
cile intelligitur, sed, an ordo aliquis et qualis?
totius instituti fuerit, disquirendum superest.
Stetit Germania per plura secula, quibus et
barbaries et superflitio et licentia laxis frenis
grassabantur, vinculo clientelarum suffulta, se-
quitur igitur, ut institutum feudale eximum

Q 4

- fue-

fuerit cuius-
atis Teutonicae fulcrum. Itaque
solo effectu speciatu-, manifestum est, eos val-
de iniurios esse et in maiores nostros et in
ipsas clientelas, qui instituta feudalia vitupe-
rant, iisque, si Diis placet, nihil aut inenius
aut in ciuitatem perniciösus cognouisse cieli-
tant. Enim populus ferox, supersticio-
sus, libertatis ac licentiae amans, fidem con-
tra pactorum sanctissime colens, honoris ac
gloriae cupidus, absque instituro, in quo fides,
fortitudo et honos cernuntur, contineri non
potuisset et sine clientelis alterutrum, aut ruina
ciuitatis, aut tyrannis plus quam Turcica, cer-
te fecutum fuisset. Deinde hoc institutum ad
ciuitatem Germanorum ex pluribus Principi-
bus et Dynastiis compositam regendam egregie
adcommodatum fuit. Quod si enim Impera-
tor seruitia indixerat vassallis sibi proxime
subiectis, hi suis vassallis eadem seruitia, et hi
iterum suis usque ad infimum gradum impera-
bant, atque ita iussoe Principis promulgata
totum imperium sub armis erat. Vassalli pri-
mi ordinis impedimento erant, quo minus
Princeps tyrrnidem exerceret, hic autem quo
minus illi iniurii essent in suos ciues et vassal-
los et libramentum potentiae ita temperatum
erat, ut alter alterum intra iustos limites conti-
neret. Vtrum nostris moribus fides clientela-
ris ad populos continendos necessaria sit, meum
non est iudicare, certe Poloni eam retinen-
dam decreuerunt. Germaniae autem formam,
nexu-

nexu clientelari penitus sublato, solutum novanque inde proditum iri ciuitatem ego certe persuassissimus sum. Et quem fugit, quam exosum sit nouis Galliae rectoribus institutum feudale? Nae isti homunciones intellexerunt, quantam vim habeant clientelae in tuerda ac conferuanda ciuitate, quae a maioribus in hunc modum constituta fuit. Sed videamus ordinem clientelarum inter se.

§. 35.

De septem clypeis militaribus regni Germanici.

Peperit institutum feudale certos vassallorum ordines, quos clypeos militares appellare placuit auctoribus iuris¹⁾, breuiter de his quoque dicam.

a) *Notio clypearum seu ordinum militarium generatim traditur.*

Clypeus militaris est cohors militum et vassallorum sub eodem signo ac duce coniunctorum²⁾. Nomen inde petitum, quia omnes milites sub eodem signo educiti, in clypeis et armis eodem symbolo vtebantur, ut semetipso noscerent, atque dux homines suos in exercitu imperatoris, praesertim in vassallorum lustratione, discernere posset³⁾. Itaque clypei militares sunt ordines vassallorum diuersis signis in exercitu imperiali conspicui⁴⁾. Quemlibet ordinem in se spectatum certos habuisse gradus, natura rei docet, quos proprio plerum-

Q 5

que

que signo discretos etiam scuta militaria vocari cognoscimus, ut scuta sub scuto numerantur, sed de his solliciti non sumus⁵⁾. Ipsum ius cohortis sub certo signo in exercitu publico habendae, est ius clypei militaris, idque omnibus competit, qui signo militari, sive militia et vassallis, inuestiti fuerant, aut iure territorii eodem vtebantur⁶⁾; nati ad clypeum autem dicebantur, qui iure natalium capaces erant feuda sub clypeo seu in ordine mereri⁷⁾. Ad expeditionem Romanam et bellum imperii publicum omnes euocabantur vassalli, ut manu sua praesto essent, necesse igitur erat, ut certi gradus inter hos ipsos constituerentur, atque inde septem gradus, id est, septem ordines eorum, qui sub signis suis vassallos eduxerant, ex instituto Germaniae feudali atque dignatione ciuili originem ceperunt⁸⁾. Hi igitur clypei significant gradum eorum, qui praesunt vassallis, caussa et ratio ex nexu clientelari repetenda est, ex quo deinde dignationis ciuilis gradus manauit.

*β) Qui quouis clypeo comprehensi fuerint,
enarrantur.*

Primum igitur clypeum et summum honoris gradum non potuit non sortiri Imperator, caput omnium Principum ac vassallorum, proximum ab Imperatore gradum occuparunt Principes ecclesiastici, tertium Principes seculares, ex quo hi illorum vassalli facti sunt.

Haec

Haec igitur ratio nos docet, ex instituto feudali omnem ordinem repeti nec tamen militiam castrensem computari debere. Quartum gradum tenent liberi domini, quos Dynastas regni Germanici vocamus, non quidem omnes, qui enim allodium regebant, ab expeditione immunes erant, sed ii, qui allodium Imperatori et regno Germaniae nexu clientelari obligauerant; quintum gradum sortiti sunt semiliberi, licet enim hoc verbum excudere, id est Dynastae et liberi domini qui clientes aliorum Principum facti fuerant castro allodioque in feudum oblato receptoque, caeteroquin liberi et Imperatori soli subiecti²⁾; sextus clypeus tribuitur ministerialibus regni, qui sub signis Principum educebant vassallos; septimus tandem iis, qui sub signo suo milites habebant, ipsi autem aliis signo et imperio suberant¹⁾. Secundus, tertius, et quartus ordo eorumque Duces, soli Imperatori subiecti erant, ideoque in sensu eminentiori liberi dicti; medius quodammodo erat ordo Dynastarum, qui sub signis Principum militabant, caeteroquin Augusto subiecti et liberi; ministeriales erant, qui sub Principe vassallis praecerant, regni ministeriales dicti, quia ius ministerialium ab Augusto profectum fuerat. Ministeriales enim, etiam in Principibus secularibus, fere praecerant vassallis. Excludebantur igitur, seu potius non computabantur ministeriales Dynastarum, quia nec ipsi nec domini ipsorum regno seruitia praestabant. Hi sex ordi-

ordines ex iure publico et feudali vassal'is et militibus praecerant, ideoque clypeum habere, ducere dicebantur. Seculo XII. et XIII. nobiles, qui Principum ministerialibus suberant, vassallos sub signo proprio interdum educere solebant, iure clypei militaris usi. Dynastae enim, qui allodia sua Principi obtulerant, alebant vassallos, quemadmodum alii Nobiles, arque adeo virbium magistratus. Hinon erant regni ministeriales, ideoque sexto clypeo non comprehensi, eminebant autem reliquis vassallis, ut proprius ius tribueretur clypeus, quamvis semper dubitatum fuerit, vtrum pro iusto clypeo in exercitu imperii haberetur. Iure enim imperii publico et feudali, magistratu aut dignitate, quibus ius militiae comprehendens erat, non gaudebant, sed vtebantur hac potestate ex dominorum et Principum suorum indulgentia.

v) *De variis clypearum militarium rationibus.*

Ordinum gradus et dignatio dupliciter spectabatur, primum inter ipsos Duces, ut secundum ordinem clypei tam in exercitu, quam in aula Imperatoris atque in regno ipso alter alteri cederet, deinde inter ipsos vassallos et milites, ut vassallus Episcopi praecedenter dignatione et honore vassallum Ducis Comitissue, horum vassalli reliquos anteirent, his omnibus autem vassalli septimo clypeo comprehensi essent inferiores. In ipsa dignatione nihil

nihil interfuit, vtrum quis reuera signum eduxerit, nec ne, si enim vnus filiorum Comitis aut Ducis feudum acceperat, nihilominus reliqui, et si magno militari plane destituti, tertium honoris gradum obtinuerunt. Ex his igitur intelligi posse arbitror, quid sit clypeum minuere et exaltare, illud contingere solebat, si quis Comes, Dynasta, aut Princeps, vassallus aut ministerialis alterius Principis, Comitis Dynastaeque cum territorio et praedio suo factus fuerat, ideoque sub signo alieno feudum merebat, hoc contra, si quis ingenuus, vassallus aut ministerialis ad gradum Comitis, Principisque euehebatur. Hoc per successionem in feudo ad posteritatem propagabatur, illud autem dignitatem natalibus partam non tollebat, sed Comes ac Nibilis sanguis natalium iure feudum in inferiore gradu merebat¹¹⁾, quemadmodum hodieque filios Comitum atque Principum in diuersis, quid? quod in infimo interdum gradu exercitus collocatos videmus. Tandem, ut hoc unum addam, intelligitur, ex qua ratione neque domino neque vassallo licuerit dominium directum et feudum in eum, qui inferioris clypei seu ordinis erat, transferre¹²⁾. Honos enim vassallorum minuebatur et gradus, ideoque nec Imperatori datum fuit, vassallum imperii ablegare ad alium dominum. Hoc institutum inde a Conrado II. efformatum tamdiu tenuit, quamdiu Principes et vassallos in exercitu Imperatoris militare oportuit; ve
stigia

stigia seculo XV. adhuc apparent¹⁾) inde a Sigismundo autem, noua militandi ratione praeualente, in desuetudinem abiit et paulatim penitus cessauit, omnes autem effectus in iure publico et feudali deletos non dixerim.

- 1) cf. AVCTOR de beneficiis cap. I. §. 2. et 3. IVS PROV. SAX. Lib. I. art. 3. IVS FEVD. SAX. cap. I. IVS FEVD. ALEM. cap. I. sed GLOSSA ad Ius Magdeburg. Art. VIII. repetitae praelectionis, de qua P. II. Vol. I. p. 252, diximus, inepit, ideoque nullam eius rationem habeo. Multi quidem in his clypeis explicandis et illustriANDIS occupati fuere, sed nec in opinionibus aliorum recensendi resellendisque morabor. HALTAVS in Gloss. Germ. medii aevi p. 85. propter locos ad rem interpretandam coactos haud praetereundus est,
 - 2) CHRONICON RHYTHMICVM apud WESTPHALENIVM T. I. Monument. Cimbr. p. 583. ita: *Der brachte sie wieder mit Heereschilde zu dem Reiche.*
 - 3) GÜNTHERVS in Liguino libro III. canit:
- Roncaliam properat rapidis attingere castris,
Est locus Italiae modicum seiuicium ab urbe,
Cui, quia pulchra situ placet, inde Placentia nomen,
Planus et Eridani placidi iunctissimus anni
Effundit latos spatio limine campos,
Hic quoies claram regnator tendit ad urbem
Teutonus Austroniam sumurus rite coronam,
Ponere castra solet; LIGNO SVSPENDITVR ALTE
ERECTO CLYPEVS, tunc praeco regius omnes
Conuocat a dominis feudalia iura tenentes.
Excubias regni prima celebrare fideles
Nocte veruistorum dehent ex more parentum.
At quicunque domi, domino nolente relictus
Defuerit, feudo priuari curia censet.
- Castris igitur positis omnes vallalli euocabantur, ut lustrarentur. Ante tentorium Augusti clypeus locum significabat, quo vassallos imperii adesse oporteret, ipsi Principes more maiorum prima nocte excubias agebant, ut mane proximo iustrationi se submitterent. Episcopis,

pi, Duces et reliqui, qui clypeo praerant, eodem modo clypeis suis ante tentorium erexit signum dabant, vassallos suos lustraturi. Ex quibus intelligitur, cur et exercitus et cohortes et manipuli, clypei fuerint appellati.

- 4) Non opus est locis testimoniisque ad hanc rem probandum, id duntaxat moneo, clypeis militaribus non diuer-
sos nobilitatis gradus significari. Manauit hic error ex
glossis, aique adeo SCHILTERVM ad Ius Feud. Alem.
cap. I. §. 1. GVNDLINGIVM in Henrico Aucupe p. 140.
pluresque alios occupauit, fuitque impedimento, quo
minus verum viderent, atque plane falsam de natura
nobilitatis fouerent opinionem. Etenim eo tempore,
quo hi militum ordines recepti fuerunt, ministeriales et
infra hos constituti nobilitate non gaudebant, deinde
ipsa nobilitas Germana, ab ordine equestris distincta,
nullos gradus habet, est vna, est individua, initium ce-
pit a Dynastis et progressa fuit ad Caesarem, ut Imper-
ator et Dynastes, quamvis dignitate discrepant, vnam
nobilitatem habeant. Conradus I. A. et forte alii Im-
peratores e Dynastia ad solium vocati fuerunt, ideoque
matrimonium Caesaris cum puella nobili, id est, ex gen-
te vere Germanica nobili seu Dynastica par et aequale
erit, est enim vna horum omnium nobilitas, par et
aequalis. Dignatio enim civilis, quae ex munere ori-
tur, non debet ingredi definitionem nobilitatis. Haec
ad dispellendam errorum nubem, quae veritati officit,
sufficiant, atque si quando lex in comitiis de matrimo-
nio aequali Principum latura, aut ex ipsa rei natura et
moribus maiorum regula definienda sit, hanc vnam sine
inuria statui posse existinem.
- 5) AVCTOR Chronicus Laurishaimensis p. 79. ait: *Abbas Odalricus communicato XII. (lege VII.) illustrissim fide-
lium suorum consilio, quo numero etiam beneficialis sum-
ma militaris clypei, qui vulgo dicitur Hereschilt Lxx-
rishaimensis ecclesiae attinens, includitur, singulis pro
quantitate beneficij centenos milites armatos — affi-
gnavit eosque distinctis ordinibus incidentes, maxima
frequentia insequens tam ratus, quam ornatus Regis
(Henrici III.) et regni conspectui se obtulit.* Idem
AVCTOR

AVCTOR p. 88. quid regnante Henrico IV. euenerit, his
 verbis memoriae prodidit: Benno Abbas per Gothofredum,
 Palatinum Rheni Comitem, cuius sententia mo-
 mentum curiae per id temporis fuit, restitutionem Ab-
 bariae (amissae) obtinuit, promissa eidem omnium bene-
 ficiorum, quae suis diebus ecclesiae vacarent, concessione.
 Quam conventionem mirabilis et miserabilis exceptit
 euentus. Nam septem principalia beneficia, quae vul-
 go appellantur Volleben, morte septem nobilissimorum
 ecclesiae fideliuum in unam personam Gotthofredi devo-
 luta sunt et post ipsum ad generum eius ducem Wele-
 phonem transferant, maximo videlicet ecclesiae deri-
 mento. Exinde siquidem militaris clypearuræ, scilicet
 Heresbili, integritas confusa atque in diversa distracta
 est et ecclesiae status tam in militum frequentia, quam
 in re stipendiaria, in suis opportunitatibus et regalibus
 expeditionibus, immunitus est, multorum servitio in
 unam personam collatis solunque remansit inane nomen
 domini et dominii. Pauca ad hunc locum obseruabo.
 Abbas sub signo Abbatiae suae eduxit septem cohortes,
 propriis ducibus. Hi erant vassalli Abbatis, corumque
 beneficia suere appellata PRINCIPALIA, ut a reliquis
 distinguerentur, quemadmodum supra Ministeriales
 Principales cognovimus. His septem cohortibus Abbas
 mereri debet feudum et regalia, eaque est clypeatura
 seu clypeus militaris Abbatiae. Ipse Abbas erat in pa-
 latio Augusti et expeditione publica Princeps secundi or-
 dinis, praefecti militum suorum autem erant sexi cly-
 pei milites in exercitu Augustali, iure enim ministeriali-
 um regni vtebantur, quamvis in clypeatura domini
 sui proxime a Principe erant, consiliorumque suorum
 participes. VOLLEHN displicuit FREHERO, DV
 FRESNIO, SCHILTERO aliisque, qui verbum FAHN-
 LEHN adoptare maluerunt. Sed fictionem sollicitan-
 dam non puto, atque etenus cum ROSSMANNO in
 commentatione apud SCHOTTVM T. II. des invisti-
 schen Wochenthefts p. 543. consentio, quamvis reliqua
 eiusdem placita non sequar, præsertim quae de nume-
 ro feudorum et militum ad clypeum constitendum ne-
 cessario ex DVFRESNIO ad IOINVILLIVM differunt
 ad Germaniam adcommodari non debent. Certus enim
 vassallorum et feudorum numerus, quibus constaret
 quicquid.

quilibet ordo seu clypeus, definitus non fuit, feudum imperii cum dignitate ecclesiastica aut civili clypeum sive ordinem dabat, numerus autem vassallorum, quibus merendum erat, litteris investiturae definiri solebat, si id necessarium videbatur, ideoque variabat, deficiente autem hoc numero fieri poterat, ut feudum clypeo id est, ordine suo excederet. Atque hic erat unus modus, quo Abbatiae et feuda Abbatum atque Praeclaritorum clypei diminutionem patiebantur. Nam enim alienari atque alii in feudum dari poterat, qui eandem Abbatiam seu feudum legitimo militum numero mereceret.

6) cf. IUS PROV. SAX. edit. Gaertn. p.3. nec non Lib. I. art. 26. Lib. III. art. 59.

7) Locos dabit HALTAVS p. 385.

8) Ductorum habendam esse rationem, non militum, qui ipsi signo subsunt, inde patet, quia Imperator et reliqui clypeum ducere dicuntur.

9) MITTELFREYEN, seu vti alii vertunt, NOBILES MEDIOXVMI, qui sunt, omnino queritur. HIERONYMVS VAN DER LAHR in glossario iuris Alemanni apud KOENIGIVM T. II. P. II. Corp. Iur. Germ. p. 48. milites Principum territorialium potestati subiectos, quos hodie vocamus Landskios, intelligit. Equidem aliter sentio, rem breui expediām. Qui ex Dynastis Comites, Dukes, Marchiones lecti fuerant, tantum abeſt, ut eorum dignatio imminentia ut potius aucta videatur, neque enim unquam apud Germanos munera mereri in regno aut ecclesia, contemtum habuit. Itaque Comites, id est, ii, qui ab Imperatore munere Comitis seu Comecia per districtum imperii investiti fuerant, tertio clypeo contineri, mihi certe extra dubium videtur. Dynastae saepe allodia sua aut Imperatori aut alii Principi obtulerunt. Illi in clientelam imperii recepti obligabantur ad seruitia, vti alii vassalli, sed clypeus id est honos externus non augebatur, quippe hoc solo vexillū feudo secundum REFGOVIVM Iur. Feud. Sax. cap. XXI. fieri poterat. Exempla quidem haud alte quærenda sunt. CAROLVS IV. diplomate an. 1360. apud GLAFEY Anecd. p. 565. Philippo Dynastae de Isenburg

vectigal concessit, vbi addit: und Philips von Ifenburg vor sich und seine Erben Uns und dem Roemischen Reiche das Slos und Vesten Willmar geoeffnet hat und Uns und dem Reiche allezeit sol geoeffnet sein — und auch dasselbe Slos und Vesten von Uns und dem Reiche zu Manlebne empfangen hat. Aliud eiusdem anni exemplum num. 323. p. 445. est, vbi allodium imperio oblatum redditur zu rechten Manlebne und hat Vns und dem Reiche geschworen für sich und seine Nachkommen ewi- clib, getrewe, geborsam und untertenig zu sin, gelich als andere des Reichs Dienstmann. Econtrario Augustus tutelam promisit. At vero si quis suum allodium castrumue Principi obligarat eoque nomine vassallus factus fuerat, honor minutus exstirpabatur, ideoque quinto ordine collocabatur, semiliber vocatus, quia proxime suberat imperio, cacteroquin clientela alteri obligatus. Fieri autem poterat, vt Dynasta ad tertium clypeum eucheretur, si Imperator Cometiam Ducatum ve allodio addiderat, atque inde feudum vexilli consti- tuerat. Has equidem veras et solas horum ordinum rationes et fines existimo, nec obstat REPGOVIVS Lib. I. art. III. qui ordines tres posteriores non ex ducoribus, sed eorum vassallis aestimauit, atque ius feu- di eorum, qui septimo clypeo comprehensi erant, du- bium dixit. Ex iure enim antiquo et sui temporis ex- plicandus. Itaque auctor IVR. PROV. SVEV. cap. VIII. et IX. edit. Labrianae rem lucidius tradidit.

- 10) IVS FEVD. ALEM. cap. I. septimum clypeum ducere SEMPERLEIITE, ait; SCHILTERVS iam coniectura adsecutus fuerat legendum esse SENDBARLEVTE id- que ex codice Harrachiano probauit LAMBACHERVS in prol. de actate speculi Sueuici deque significatu vo- cabuli Semperleute (Viennae 1757.) p. 12. nisi, quod scribatur Sendberleute. Quae vis huic verbo subiecta sit, disputatur. LAMBACHERVS p. 15. natos, inquit, ex genere equestri, sed qui necdum actuales milites, nec ministeriales, sibi significatu rōv Sendberleute accipiantur. Id indistincte admitti nequit, quia clypeo praefile, tur- mam ducere, ideoque reuera militare dicuntur. Quare hoc genere continentur primum ingenii, qui aliorum vassallorum domini erant, et nobiles et magistratus vr- bium.

biun. Hos enim sub signis seu clypeis suis eduxisse vassallos constat, atque KOPPIVS *de insigni differentia inter S. R. I. Com. et Nob. immed p 333. ad chartam an 1418.* monuit, vexilla nobilium a signis reliquorum Ducum discrepasse etiam magnitudine, atque ciuitates propria habuisse signa HANFIVS *diss de vario apud Germanos militiae statu p 34.* obseruauit, ciuiumque in viribus vassallorum plura exempla dabit WESTPHALEN. Praef. T IV. Moniment. Cimbr. Deinde ex hoc clypeo si etiam ingenui, qui milites non erant, gradum dignationis civilis sortiebantur. Quare non nobiles solum in sensu hodierno intelligere debemus, sed totum ingenuorum ordinem. Ex hoc enim ingenuorum ordine prodierunt ministeriales, vassalli milites atque plerique ciues virium. Ingenuitas, si id ipsum exigebaratur, ita probanda erat, ut quatuor imagines, id est quatuor parentes liberi demonstrarentur, atque tales dicebantur SENDEAR, SENDMARSIG, SENDBARFREY, RITTERMAESIG, ZVM SCHILDE GEBOHREN, latina lingua, genere militari, genere militum nati, et quae sunt reliqua. Haec exigebaratur probatio, ut ne feudorum incapaces rustici, liberti aliive iura ingenuorum in feudis acquirendis corumque iuribus exercendis usurparent. Quamobrem AVCTOR de benef. cap. I. §. 4. a feudis arceri ait: *omnes, qui non sunt ex homine militari ex parte patris eorum et aui, id REPGOVIVS vertit: alle die nicht en sin von Ritters Art, von Vater und von elter Vater.* Itaque FRIDERICVS II. apud PETRVM DE VINEIS Lib. VI. Ep. 17. et GOLDASTVM Tom. III. Conf. Imp. p. 398. refert ex constitutionibus Caesareis neminem fieri posse militem, nisi qui de genere militum nascantur. Itaque falluntur, qui solos nobiles in sensu iuris hodierni intelligent. Hi enim postea demum existere coeperunt, quam ministeriales et vassalli in iuribus exaequati medium ordinem nobilibus et ingenuis inferuerunt. iam enim reliqui ab hoc ordine exclusi, qui feuda aetū non merebant, ciues appellati, iura ingenuorum toti ordini communicarunt. Sed quia huic ordini multae libertorum familiæ inerant, nobiles noui seu ordo equester quzedam iura denegare coeperunt ciibus, in quibus etiam ius clypei militaris fuit, quod sibi

vindicare atque cines a possessione feudorum excludere studuerunt. Id quidem perficere non potuerunt, neque tamen non paulatim soli nobiles schildmaessiz, dicti fuerunt, quanquam hic sensus veteribus monumentis inferri non debet. Atque ut intelligatur per omnes Germaniae provincias ex ordine ingenuorum per ministeria et militiam nobiles prodiisse, ipsum autem ingenuorum ordinem in ciuitatibus re sedisse, pauca addam ex HEENEMANNI libello *supra laudato*, qui postquam de ministerialibus et vassallis ex ordine ingenuorum lectis disseruit §. VII. p. III. addit: *Hi, qui iisdem quibus reliqui ingenui a Comitibus aut regni proceribus, praeeminentiis non decorati liberta et tranquilla bonorum possessione contenti vixerunt, — utcunque natalibus cum equestris ordinis viris pares, sensim tamen diversam ab ipsis constituerunt ciuium classem, cuius ree hac fuisse causa videtur, quod cum feuda a Comitibus equitibus (id est omnibus ex equestris ordine oriundis) concessa, non amplius, ut prioribus faculis pro labore concedentis, anferri posset, sed hereditaria essent facta, feuda autem pleraque loco stipendi, seu salarii promuneribus tum aulicis, tum militaribus data essent, factum est ut hi equites utpote Comitum vasallii, ad munera maiora admitterentur, quin et hacc munera illorum ordini quodammodo fierent propria; unde facile quoque concipi potest equites hisce praerogatiuis iam iam gaudentes, summa id animi contentione egisse ut feuda sua augerent, reliquosque omnes ingenuos ab illis quibus fungebantur muneribus arcerent, et ad suam gentem propagarent; Comites autem, quorum intererat vasallos suis arctiori vinculo, ob crescentem ipsorum intendit potentiam, magis magisque sibi deuincire, ipsorum conatus non restitisse, quis dubitabit? Ipsi autem Welborne se equestris ordinis virorum praerogatiuis desitui videntes, magnam partem se in urbes receperunt, perpetuisque ibi fortunarum suarum sedibus statutis, ciuium curam habuerunt, vel mercaturaie aliisue ingenuis artibus operam dederunt, alii in agris munera minora obierunt, vel otiosi, bonis quas possidebant contenti vixerunt. Quamvis autem hi ingenui sensim separatum ab equestris constituerint ordinem, manifestamen illaeus natalium splendor, manserunt illaesa iura*

et priuilegia ex ingenuitate oriunda, unde profluit quod omnes Ingenui aequae ac Nobiles militiae adesse, erant obligati. — Praeterea feudorum erant capaces. — Ex his ingenuis Welgeboorne constabat Comitis tribunal, huic, loco Comitis, præses aderat Balias, Welgeboorne vero indices tantum erant.

- 11) REPGOVIVS Irr. Prou. Lib. III. art. 65. ait: *wird Iemand seines gleichen Lehnmaenn, so hat er seine Geburth und sein Landrecht damit nicht geschnaelert, aber seinen Heerschild hat er geniedriger. Huic loco iungendum est IUS FEVD. art. XVI. edit. Senkenb. quo dicitur: Svenne der herre sinen Schild mit manschafft niedert, alle sinner manne ten hat er verlorn die sein sin das sin eigen nicht en ist und die man sunn ihr gut vor deme obersten herren entfahrt oder sal sie wisen an ihres herren genoz. Daz selbe tu der man ab sin herre sin gut niedert und es von einer niedern herren empfet denne erz ee hatte. Doch en ist des mannes herschilt damite nicht geniedert ab her sinen genozzen man wirt und sin gut von sine empfet durch ratschlag dessen die manschafft nicht geerbet werde. Itaque non minuitur dignatio domini, si vassallus sit paris sui, sed si territrium, cui dominium directum in alios vassallos competit, a pari aut inferiori domino iure feudi receperit. Ex his lumen accipit et interpretationem IUS FEVD. ALEM. cap. LXVIII. atque PROV. ALEM. cap. IX.*

- 12) cf. RINCKIVS comment. de clypearum ratione habenda in feudis alienandis 1745. 4. edita.

- 13) WIPPO in vita Conradi Salicè apud PISTORIVM T. III. p. 428 de fidelitate, inquit, facta Regi minus necessarium dicere putto, frequenti visu teste, quod omnes Episcopi, Duces et reliqui Principes, milites primi, milites gregarii, quin ingenui omnes, si aliquius momenti sint, Regibus fidem faciant. Multi ex hoc loco clypeos militares demonstrare studuerunt, ego vero id non ausim, quemadmodum HOMMELIVS. in antiquissima origine horum ordinum, quam in Obiect. Feed. p. 17. sibi inuenisse visus est, me consentientem non habet. Id tamen in illo Wipponis loco obserues velim, quod ingenui otiam Imperatori fidem praestant,

R 3 idco.

ideoque dubitari non potest, quin pars reipublicae fuerint. Inde certe nostra de septimo clypeo interpretatione lumen accipit. Loca ex monumentis seculi XV. quibus clypei militaris mentio sit, dabit Haltaufius.

§. 36.

De nexu clientelarum irregulari.

Feudis ad patrimonium relatis duo in primis irrepere, si non vitia, certe a regula aberrantia, quod superiores ab inferioribus feuda susciperent, atque unus plurium dominorum fieret vasallus. Irregularē non dico, si Princeps atque adeo Elector Episcopi aut Abbatis vassalus factus fuerat, hic enim tertii, ille secundi clypei princeps erat, id quod eo etiam casu statendum, si Epis opus et Abbas, dominus directus, vassalli sui potestati et ius iurisdictioni subjectus sit. Princeps quidem a subdito suo fortassis et vassallo inuestitur, sed nexus clientelari subiectio ciuilis non turbatur nec clientelae nexus ipsi in perio aut eius dignitati officit. Fac autem ut talis Princeps a domino in ius clientelare vocetur, nihil absurdum aut iuri repugnans video, Imperatorem etiam in ius vocatum fuisse supra diximus. Ineptissimum autem foret ex tali clientela subiectiōnem ciuilē impugnare. Itaque secundum regulam factum est, quod Principes Electores Episcopi Bambergensis vassalli et ministeriales euaferunt. Illud autem a regula mihi deflectere videtur, quod Principes atque ii, qui territorio prae-

rant

rant vassalosque sub signis habebant, lucri caussa aliis eiusdem aut minoris ordinis sacramentum militiamque addicerent. Signo enim praefesse atque feudum sub alieno signo mereri, repugnat, sed id inualuit ea ratione, ut aut sine seruitiis feudum daretur, aut id ipsum per idoneum militem in rei liceret ¹⁾, quod tam in ministeriis, quam in aliis feudis admissum fuit.

Deinde praeter regulam iuris antiqui receptum fuit, ut vnuus homo plurium dominorum fieret vassallus ²⁾, vtrique enim simul servire non poterat, sed hic quoque iura ad factum accommodari oportuit, ita quidem, ut ipse praesto esset primo vocanti, posteriori autem militem transmiseret ³⁾, nisi inter vtrumque dominum bellum exarserit, quo casu ipse domi deses sedebat, vtrique tamen seruitia praestabat per alics milites ⁴⁾. Sed haec de ipso feudorum instituto sufficient, nunc codicum iuris feudalis historiam persequar.

1) *MASCIVVS in libro feudorum cap. IV. §. 15.* recte statuit, nihil impedire, quo minus Rex aut Princeps feudum ab alio, etiam minoris dignitatis domino acceperat. Ipsa quidem res vera est, eaque de caussa aliis quoque scriptores id fecuti sunt, in quibus nominare licet *ILLUVSTR. BOEHMERVM Prin. Iur. Feud. §. 100.* sed nemo quantum equidem memini, definit, quis superior, quis inferior dicatur. Decisionem ex clypeis Germanorum militaribus peti debere arbitror. His enim continetur ordo atque dignatio vassallorum. Quare Principibus secularibus pudor non fuit feudum mereari Principis ecclesiastici, atque contendere ausim, ne vium quidem Germaniae Principem clientelae clericica-

lis medio aeuo fuisse expertem. GLOSSATORI *Iuris Saxonici Lib. I. art. 3.* eximit quidem Ducem Brunsuicensem, eaque de caula ipsum secundo ordini accenset, id autem historiae repugnare conitat, Domitus illo casu secundi, vassallus tertii ordinis erat. Deinde par a pari inuestiri dictus, si eterque eiusdem clypei erat, superior contra ab inferiore, si vassallus altioris erat clypei, quam dominus. Eadem regula etiam in aliis iuris feudalis articulis vsum praebet, in alienationibus potius, in cessione dominii directi, aliisque. Exemplum, quod ad hunc locum illustrandum allegari sole, nimurum territorium Stado-Budiadingsum sub examen non voco, historiam eius tradidit HOFFMANNVS in opusculo: *Ueber das Oldenburgische Leben des Stadt- und Butjadinger Landes* Tübinger 1779, atque apud HAGEMANNVM T. I. der Beyträge zum Braunschweig-Lüneburgischen Lehnrechte no. III. p. 39. ER. DAN. DE LIEBHAEBER in opere omnino utili: *Einleitung in das Herzoglich Braunschweig-Lüneburgische Landrecht* P. I. nun. III. brevi cap. XI. von der Belehnung mit dem Stadt und Budiadingen Lande differuit, additique cap. XII. obseruationem: von der Lehnsgerichtsbarkia über die V. fallen des Stadt- und Budiadinger Landes, Add. V. ILL. FÜTTMANN. *ELEM. IUR. FEUD.* §. 182.

- ¶) EBERHARDVS im kritischen Wörterbuche von iurisprudentialen Sachen Alphab. VII. tabulas GVILIELMI DE DIEMAR. an. 1426 attulit, quibus vassallus se plurimum dominorum hominem esse fatetur, plura exempla dabunt LVDEWIGVS T. II. *Dipl. et Metorum* p. 244. GERKENIVS T. II. *Cod. Dipl. Br.* p. 652. et T. VI. p. 471. ERATHVS *Cod. Quedl. Dipl.* p. 620. Irregularis autem dicti non debet nexus feudalis, qui ex datione feudi in feudum eritur, hoc enim ius era, hic ordo, ut totius instituti finis obtineretur. Vide sis IVS FEVD. SAX. cap. 49. edit. Schilt, et ALEM. cap. XX. edit. Senkenb. Feuda adeo ligia duo pluraue ab uno vassallo possessa defendit LDOVICVS SIGFRIDVS COMES VICEDOMINVS AB ECKSTAEDT diff. de frudis ligis §. XX.
- ¶) cf. AVCTOR de beneficiis cap. I. §. 10. IVS FEVD. SAX. cap. 48. et ALEM. cap. 59. edit. Senkenberg.
- 4) Hanc

- 4) Hanc regulam recte constituit et ni fallor primus erit SPIESSIVS, Archiuarius Brandenburgicus apud ZEPERNICKIVM T. II. Miscell. Iur. Feud. p. 289. ex charta anni 1483. qua haec leguntur; *Dann es ist kundig im Reich, so einer Lehen hat von zweyem Herrn, die mit einander zu kriegen kommen, bestellt er yeglichen Herrn sein Dienst und sitzt mit seinem Leib still.* Enimvero haec consuetudo ad naturam rei plane accommodata fuit, seruitia praestari oportere naturalis ratio dicitat, seruitia ipsius vassalli maioris esse, quam substituti, facile intelligitur, ergo ne vni plus praefetur, quam alteri, optime cauet illa consuetudo. Paetia autem etiam hic inspicere oportere manifestum est. Duo fratres, castrense ecclesiae Paderbornensi offerendo apud SCHATENIVM T. I. p. 906. aiunt: *Si autem contigerit Episcopum vel ecclesiam Paderbornensem guerrare cum Comite de Arenberg, cuius vassalli sursus, optionem habet unus nostrum ad Comitem se transferre, altero vero cum castro Buren in obsequio ecclesie persistente. Quietem sibi stipulantur castrenses apud WÜRDWEINIVM T. III. Nou subs. dipl. p. 89 bello inter ecclesiam Mengunitinam et Coloniensem exorta.*

LIBER II.

HISTORIAM CODICVM IVRIS
FEVDALIS EX MEDIO AEVO COM-
PLECTENS.

CAPVT I.

HISTORIA CODICVM IVRIS
FEVDORVM VNUERSALIS IN
GERMANIA.

PRO O E M I V M.

De originibus iuris feudorum imperialis et territorialis supra diximus, breui igitur historiam codicum, qui ex medio aevo supersunt, narrabo. Corpus legum feudalium auctoritate imperii publica, licet instituta feudorum maximam vim in vniuersam ciuitatem habuerint, nunquam editum fuit, sed viri docti in condendo atque colendo feudorum iure occupati fuerunt, quorum opera magna ex parte ad nostram vsque tempestatem manarunt. Duplex codicum genus distingui debere statuo, vnum, quo iura communia, alterum, quo iura particularia traduntur. Ne autem puta iuris auctores de finibus vtriusque iuris anxie sollicitos fuisse, reperies igitur in libris iuris communis, multa, quae ad instituta certarum prouinciarum pertinent, quemadmodum iurium particula-

cularium collectores saepe iura communia codicibus suis inferuerunt. Rem ipsam igitur expendas necesse est, eique fini, ni falor, egregie inferuit, ipsa institutorum feudarium, quam enarrauimus, historia. Itaque singulos codices videamus.

§. 37.

I. *De codice iuris feudalis, qui Auctor vetus de beneficiis, inscribitur.*

Antiquissimum iuris feudalium in Germania monumentum est AVCTOR DE BENEFICIIS. Magna quidem de aetate huius libelli inter viros doctos est dissensio¹⁾ in qua componenda aut singulorum opinionibus refellendis non multum morabor, sed breui meam dicam sententiam.

a) *Historia opusculi de beneficiis.*

Insignis patrii iuris codex omnino est vetus auctor de beneficiis; ante libros feudorum in Italia editos, vixisse auctorem postea dicam, inde autem inferre mihi liceat, ius feudale prius in Germania, quam in Italia cultum, et huic nostrum codicem ex iure patrio penitus haustum expressumque fuisse. Vtrum primus de beneficiorum iure in Germania ediderit, an unus alterue scriptor viam praeiuerit, pro certo affirmare non ausim, quamuis mihi prius verisimile videatur. Meminit quidem auctor dissen-

dissensionum in iure feudali, sed haec est disputatio fori in curiis clientelaribus, ex quibus magna pars iuris feudalnis processit, aut recepta aut reiecta²). De ipso scriptore frustranea est omnis inuestigatio, tempus autem quo scripsit, non quidem certo testimonio demonstrari, variis tamen argumentis in unum collatis definiri potest. Atque ut breui complectar, quae mihi scdeat opinio, auctorem ineunte seculo XII, ante annum MCXXII. vixisse et scripsisse censeo. Primum quidem argumentum ex Capite I. §. XII. promo, qua auctor ait: *Rex, quem eligunt Teutonici cum Romam vadit ordinari, secum ibunt de iure sex Principes, qui primi sunt in eius electione, ut pateat apostolico iusta Regis electio.* Omnes quidem qui de aetate huius libelli scriperunt, hunc locum tanquam cardinem argumenti considerarunt, sed parum solatii inde redundat³). Sensus auctoris hic est, de iure Imperatorem oportere sex testibus suam electionem Pontifici Romano demonstrare. Constat atque id ipsum alio loco tradidimus creationem Regis ab ecclesia et ciuitate inde ab Ottone Magno peractam fuisse⁴) rectoresque vtriusque id ipsum perfecisse. Quamobrem tres testes ecclesiasticos et totidem seculares exigere mos fuit, eosque primos in electione. Ex quo intelligitur tres Germaniae Archiepiscopos Moguntinum, Treuirensim et Coloniensem, quasi vice ecclesiae Teutonicae, tres alias Principes seculares nomine ciui-

civitatis adesse debuisse, non quidem eos, quos
hodie Principes Electores vocamus, sed qui in
electione adfuerant, ut testimonium praebere
valerent. Primoribus autem Electoribus hunc
honorem delatum fuisse, dignitas rei suasit,
ius publicum exegit. Ex hoc autem loco id
certe colligere mihi videor, auctorem post Gre-
gorium VII. qui ab anno 1073. vsque ad an-
num 1085. ecclesiae praepositus, primus cri-
stas tollere ausus et dominationem in ipsos
Imperatores proferre conatus est, vixisse ⁵⁾;
aliquanto post autem scripsisse inde patet, quia
Principes laicos in tertio clypeo exercitus,
caussam ex vassallagio Principum ecclesiastico-
rum repetens, constituit, id quod ante secu-
lum XI. defendi nequit. Regnante Lothario
II. A. et Friderico I. maxima iurum feudalium
innouatio facta est, sed horum iurum nulla
apparet vestigia ⁶⁾, tandem, quod caput rei
est, ignorat paecta conuenta an. MCXXII. qui-
bus feuda sceptri atque vexilli in Germania di-
stingui coeperunt, ex quibus omnibus argu-
mentamur, regnante Henrico V. sed ante an-
num MCXXII. editum fuisse libellum ⁷⁾.

β) Ulteriora libelli fata enarrantur.

Tria in hoc opusculo animaduertenda mihi
videntur, fontes, lingua et usus. Ex quibus
fontibus rem hauserit auctor definiri nequit, id
tamen intelligere mihi videor, praecipua capi-
ta partim ex legibus inde a Conrado II. editis,

par-

partim ex sententiis rerum iudicatarum auctoritate receptis, partim ex vsu et consuetudine curiarum clientelarum expressa fuisse, quid de suo addiderit auctor aut ratiocinando decreuerit, nemo facile diiudicabit. Legum in Italia latarum nulla apparent vestigia, ipsa lingua potius et vsus terminorum in iure feudali receptorum aetatem istis legibus priorem indicant. Praeter alia enim⁸⁾ semper feuda dixit beneficia, atque nouam inde rationem peto, cur statuimus, aetatem auctoris in id, quod supra definiuimus, tempus incidere⁹⁾. Quam late patuerit vsus huius codicis in decisionibus curiarum clientelarum certis testibus probari nequit, id tamen ex vniuersa intelligimus historia sculo XI. et XII. auctoritatem obtinuisse¹⁰⁾, donec per nouum ius feudale, atque codices lingua patria confectos loco suo depulsum fuit. Nobis autem in inuestigandis iurium clientelarum originibus insignem praefat utilitatem, eaque de causa viri docti in eo edendo et emendando recte studium operamque colloca- runt¹¹⁾, quanquam plura, quae interpretem iuris, historiae atque medii aeui gnarum desiderant, superesse videantur¹²⁾.

8) Plerasque opiniones cum suis argumentis recensuit SCHAVMBVRGIVS in noua coniectura auctoris veteris de beneficiis apud IENICHEN T. I. *Theſ. Iur. Feud. num. X. p. 347.* Praeter THOMASIVM qui binis libel- lis, uno; de auctore, fato, vetustate et raritate libri ve- teris de beneficiis, altero; de vſu eiusdem, scriptis et in Selectis Feud. p. 123. seqq. recusis, praedclare de hoc nostro

nostro auctore meritus est V. ILL. WERNSDORFIVS
de aetate libelli, qui iura beneficiaria tradit et cuius
auctor plerunque Veteris Auctoris de beneficiis nomine
infigitur, Wittebergae 1789.

- 2) cf. CAP. I. §. 27. §. 46.
- 3) BVRIVS in Commentariis ad Schilteri Ius Feudale p. 163.
et CANCIANI in Monito Vol. III. Legum Antiqua.
praemissio p. XV. de sensu huius loci plura dixerunt.
- 4) cf. P. II. Vol. I. HOR. COMMENT. seqq. II. §. 5. p. 55. et
CROLLII Gedanken über die wahre Beschaffenheit und
den Ursprung der drey geistlichen Kurstimmen, welche
den Primaten der Fränkisch deutschen Kirche und Kon-
sideratorem der deutschen Könige eigne geworden in
Actis Acad. Theod. Palat. T. VI. p. 473. atque apud
FR. ERNESTVM CAROLVM MEREAU in miscella-
neis iuris Germ. Publ. et Priuati num. X.
- 5) V. ILLVSTR. SELCHOVIVS Hist. Iur. Peregr. et Do-
mest. p. 386. hunc locum de examine, quod Pontifices
Romani seculo XII. in personam electi Regis sibi arro-
gare coeperunt, interpretatus est, ideoque medio secu-
lo XII. libellum editum statuit. At enim iusta electio
significat formam, istud examen autem in ipsam electi
personam dirigebatur.
- 6) Hoc argumento in primis commotus fuit SCHAVMBVR-
GIVS, ut statueret, auctorem de beneficiis incidere in
aetatem Henricorum. Illustris WERNSDORFIVS §. 18.
seqq. id quidem refellere studuit, partim quia iudicium
Pontificis de electo imperatore denum a Lothario II.
fide historicorum probari possit, partim quia ex silen-
tio legum nouarum firmum peti nequeat argumentum.
At enim neutrum, quod pace Viri mihi amicissimi dixe-
rim, probare possum, prius paulo ante refutauimus,
posterior autem in iure mihi verum non videtur. Nam
auctores iuris semper sibi proposuerunt iura nouissima
tradere, ideoque silentium iuris nouissimi praeser-
tim scripti omnino probat, scriptorem usque ad eius
promulgationem, vitam non perduxisse.
- 7) CANCIANI in Monito Vol. III. p. 15. explosa Thomae
sententia, ex dictis ergo, inquit, colligere mibi est, li-
bellum

bellum nostrum scriptum fuisse, non quidem ante Conradum Salicium eo tamen seculo, quo Conradus Salicus vixit vel ad summum in ipsis subsequentis seculi initii. Itaque parum abest a nostra sententia, licet non omnia viderit argumenta. Nobiscum etiam sentit GRUPENIUS in opere: *Teutsche Alterthümer zur Erläuterung des Sachsischen und Schwäbischen Land- und Lehnrechts cap. IX. §. 2. p. 117.*

Illustrium quorundam auctorum sententias praeterire non possum. HIERONYMVS LAHRIVS in praef. Spec. Alem. §. 52. et in notis ad auctorem illum de beneficiis P. I. §. 12. et 65. contendit, libelum de beneficiis post Repgouium editum atque ex hoc ipso in epitomen redactum fuisse.

WERNSDORFIUS §. 23. his verbis sententiam suam proposuit: *banc compilationem post tempora Friderici I. factam esse censemus adeoque non multum a vero abhorre Senkenbergii opinionem sub auspiciiis Friderici II. seculo XIII. ab ipso Epkone Repgouio, celebrerrimo Speculi Saxonici compilatore conscriptam, deinde autem paucis immutatis in lingua Germanicam ab ipso auctore translatam esse.* Lahrii sententiam defendi posse penitus nego, Wernsdorio autem incumbet probatio, qua adhuc defecit.

ANTONIVS in libro: *Erweis, dass das Lehnrecht, welches Herr Stadtgerichtsdirektor D. Zepernick aus einer Görlitzischen Handschrift herausgegeben altes Sachsenrecht sey (Lips. 1789.) p. 9.* statuit etiam, auctorem de beneficiis post Repgouium edidisse, sed non ex Repgouio, verum ex codice Goerlicensi expressum fuisse. Infra hanc sententiam examinabo.

- 8) Ius feudum auctori nostro dicitur *ius beneficiale, inuestire est inbeneficiare, inuestiti tunt inbeneficiati.*
- 9) Feudum semper vocatur beneficium, illud verbum medio seculo XII. demum praeualuit, sequitur igitur, vt auctor ante vixerit, quam feodium sermone receptum et vsu tritum fuerit.
- 10) Vnum exemplum, quo vsus demonstretur in iure feudali, adducam. AVCTOR cap. I. §. 47. hominem, qui inbe-

in beneficiari eupit, ter domino hominum offerre debere, quod si recusauerit dominus, bona absque servitio detinere posse, statuit; in tabulis anni MCLXXII. apud WURDWEINIVM T. X. nov. subs. dipl. p. 45. Abbatiss Andlauiensis de Abbate Stiugensi, vassallo suo, ait: *vt Abbas Stiugensis et successores ipsius inuestituram predictae ecclesiae de manu nostra et de manu succedentium nobis Abbatissarum, remota semper omni calunnia et contradictione, recipiat — — — et si aliquo pullulante querela Abbas ille inuestituram suam primo aditu ab Abbatissa impetrare nequiverit, cum humilitate et reverentia, (eam etiam AVCTOR de beneficiis cap. I. §. 45. et 46. tradidit) eandem inuestituram suam secundo aut tertio repetere debet.* Quod si Abbatissa tam crebris precibus pulsata infra annum Abbatem inuestituram noluerit, ex tunc in diebus suis Abbas ille Abbatiam suam libere et legitime — possidebit. Iudicium de Henrico Leone anno 1180. Praeside Fiderico I. A. habitum, secundum ordinem ab Auctore vetere cap. II. traditum, plane institutum fuit. Taque non video, quibus rationibus VIR ILL. BOEHMERVS Princip. Iur. Feud. §. 31. sub a Henricum Leonem ex IL F. 24. §. I. pro contumace iudicatum fuisse statuerit, ius certe Longobardicum in vassallis imperii iudicandis adhiberi non potuit, atque locus laudatus de inuestitura et fidelitate tractat, non de vassallo criminis reo, vt taceam isto tempore hoc ius in Germania cognitum fuisse.

- II) Antiquissima editio FRANC. DVARENVI commentario in consuetudines feudorum cum Ioannis Hauichorpii summis rerum et sententiis et paratirlis ad singula capita, iam anno 1563. confectis tali rubro: liber, vestitus de feodis sine feudis, item de ordine placitationis et urbano beneficio per aphorismos distinctus, adiecta prodiit Coloniae Agrippinae 1569. in octenis p. 396-460. vbi legitur: *finit liber de feodis sine feudis, ordine placitationis et urbano beneficio.* Vtrum ipse Hauichorpius, an alias opusculum illud Duarenii commentario adiunxerit, relatum non legi. SENKENBERGIVS in praef. Corp. Iur. Feud. §. XX. de hoc textu male iudicat. Latuit haec editio viros doctos

FREHERVM, GOLDASTVM, SCHILTERVM, LEIBNITIVM et THOMASIVM, ideoque hic illum auctorem ex manuscripto Eybeniano edidit, ratus se primum obſtetricias manus huic opusculo adlibuisse, sed augurio ſuo deceptum fuifile edocetus fuit. Exstat hic textus in *selectis feudalibus p. 71.* collatus cum iure feudalī Saxonico et Suevico. Nouam operam in eodem auctore edendo posuit SENKENBERGIVS. Primum quidem: *Emendationes textus libri veteris de beneficiis app. II. Prodr. Iur. Feud. ex Hauchorſiana lectione ad editionem Thomasianam dedit, deinde Corpori Iuris Feud. (an. 1740.) num. IV. opusculum de beneficiis inferuit, Thomasium sequutus, partitione tamen capitum addita et ordine paſſim mutato, tandem prodiit noua textus recensio T. II. P. II. Corp. Iur. Germ. p. 189. hac rubrica: *Auctor vetus de beneficiis emendatus et cum commentario perpetuo Hieronymi von der Labr.* Editio Hauchorſiana et Thomasiana cum textu collata, in singulis paragraphis ius feudale Saxonicum et Alemanicum allegatum atque ipſe textus paſſime obſervationibus illustratus fuit, quem EISENHARDTVS Corp. Iur. Feud. Senkenbergiano (anno 1772.) in locum textus Thomasiani furrogauit. Qui editionem Thomasianam repetiere, praetereundi mihi videntur, practer CANNIANIVM, qui T. III. Legum Antiqu. p. 113. propter praefantiam in iure feudalī, auctorem iſum secundum recensionem Thomasii inferuit, ignorantia puto eorum, quae poſtea in hoc auctore emendando praefixa fuere. Id quod Italo ignoscendum.*

- 12) ANTONIVS *Iandato libello p. 9.* de textu ita iudicat: *der lateinische Text ist ohne alte Kritik, hat viele falsche Lesarten, Abtheilungen, Interpolationen und eingeschaltete Glossen, audiamus rationes; und kan nur erst durch unser deutſches Werck wieder reſtituirt und zu Anſebern gebracht werden.* At vero quis quoſo textum operis latini, ex opere Teutonica reſtituet, ipſo Antonio fatente, illum auctorem etiam ex Repgouio hauiſſe. Demus igitur auctorem de beneficiis partim **ex Repgouio** partim **ex codice Goerlicensi** libellum ex preſiſſe, tamen fieri nequit, vt ex hoc textus corrigatur. Deinde statuit, auctorem de beneficiis ligata oratione, non

non metro, sed rhythmo opusulum suum composuisse,
et cum periculum facrem initio libri:

Si quis velit infrui

In iure beneficiali

Hunc libellum respiciat.

Et eius doctrinam non despiciat,

arridebat conjectura, succurrebat etiam MICHAEL
PSELLVS, qui apud Graecos sub idem fere tempus
simile quid in iure Graeco fecerat, et iam cogitabam
nil intentatum nostri liquere, at vero cum in aliis locis
idem periculum instituerem, plane in alias partes mihi
descendendum videbatur.

§. 38.

II. *De codice iuris feudalis Repgouiano variis-
que accessionibus.*

a) *Historia iuris feudalis Saxonici.*

Ineunte seculo decimo et tertio nobilem
Saxonem Eccardum de Repgow in iure patio
excolendo inclausisse, suo loco diximus ¹⁾ an ei-
dem auctori codex iuris feudalis tribuendus sit,
videamus. Jura patria medio aevo trifariam
deuidi solebant, in ius municipale, prouinciale
et feudale, istud propriis rationibus atque re-
guis instructum separata fere disciplinam con-
stituebat, eoque tempore quo Repgouius viue-
bat, codice iuris Magdeburgici egregie cultum
existabat ²⁾ sed ius feudale, inde ab Auctore ve-
tere de beneficiis valde auctum mutatumque
nouam desiderabat culturam. Huic igitur
operi se accinxit Repgouius ediditque iuris feu-
dalium librum, quem ius feudale Saxonicum ap-

pellamus. Coniunctio enim vtriusque operis, iuris civilis et feudalis, nomine Repgouii inscripto ³⁾, ipsius auctoris ad ius prouinciale suum prouocantis ⁴⁾ testimonium, et constans fama, eundem vtriusque codicis arguunt auctorem ⁵⁾.

Fundamenti loco posuit Repgouius auctorem veterem de beneficiis, quem modo ad verbum expressit ⁶⁾ modo ad iura suorum temporum accommodauit ⁷⁾, passim suppleuit et auxit tam communi, quam Saxonum iure ⁸⁾, ut nouum opus edere videretur. Atque omnino est insigne iuris clientelaris patrii monumentum ex puris et genuinis fontibus hauustum, neque ullis peregrinarum legum sententiis corruptum. Lingua vernacula edidit auctor tam ut usus libri facilior redderetur, in primis nobilibus linguae latinae saepe imperitis, quam ut morem seculi, quo lingua patria florebat, sequeretur. Itaque erronea est eorum opinio, qui textum Teutonicum ex latino prius confecto expessum autumant. Inscriptis opus suum: LEHNRECHTSBVCH ⁹⁾ quod posteri breviato verbo et noua adiectione dixerunt; SAECHSISCHES LEHNRECHT ¹⁰⁾ ut a codice iuris feudalis Alemanni discerneretur. Auctor ius feudorum commune tradidit ¹¹⁾ illaque adiectione non ad iura, sed ad patriam, in qua editus fuit codex, referri debet, quamuis infinitas ire nolim, usum eius in terris iuris Saxonici eminuisse.

β) Fa-

β) *Fata iuris feudalis Saxonici enarrantur.*

Propitia habuit codex iuris feudalis Repgouianus fata. Auctor quidem se institutionis causa scripsisse fatetur ¹²⁾, sed haec est iudicium in decisionibus litium occupatorum informatio, ut auctoris intentio omnino fuerit, librum iudicium edere. Quae ad iura pertinent, omnino egregia sunt, ipse enim Repgouius vasfallus et in iudiciis feudalibus versatus vsum et experientiam adiunxit studio, ut nemini mirum videri debeat, quod opus omnium applausu exceptum fuerit. Vtrum codex ipse viu curiarum clientelarium receptus fuerit, quaeri potest, ausimque id affirmare, tam propter exempla decisionum ex iure Repgouiano petitarum ¹³⁾, quam propter auctoritatem iuris prouincialis, cuius partem integrantem efficiebat, ut alia argumenta ex vniuersa eius historia intellectu facilia, quae vsum huius codicis sc.culo XII. XIV. et XV. demonstrant, taceam. Auctoritas eius in terris iuris Saxonici maxime conspicua, inde autem cum iure prouinciali in Lusatiam, Bohemiam, Silesiam, Poloniā, Prussiam, Curlandiam, Liuoniā terrasque vicinas cum feudis propagatus fuit ¹⁴⁾. Quare studium iuris feudalis in his territoriis regnisque omnino a codice Repgouiano exordendum, deinde quae fata, quasue mutationes institutum et ius feudale in quovis territorio regnoue habuerit, inuestigandum, donec ad

hodiernum ius et statum peruereris. Itaque late patet huius codicis in publico et priuato iure vſus.

Quale ei in Germania atque in terris, in quibus olim adhibitus fuit, hodieque statuatur pretium, in utramque partem disputatur, equidem auctoritatem publicam exoleuisse, tam vetustate, quam legum nouarum latione atque adeo iuris Longobardici receptione puto, neque tamen non in quaefunctionibus iuris feudalis ex medio aevo decidendis legitimam allegacionem, in originibus hodiernorum iurium inuestigandis maximum pondus, in moribus maiorum et consuetudinibus feudorum probandis, summam auctoritatem ipsi tribuendam existimo¹⁵⁾, vt studium eius in addiscendo feudorum iure vtile ac necessarium videatur¹⁶⁾.

2) *De versione latina iuris feudalis Saxonici.*

Quanquam Poloni, gens Sarmata, instituta feudorum primitus non habuerunt, recepta tamen et admissa fuerunt medio aevo, tam vt fides potentium vassallorum regno Poloniae subiectorum adstringeretur, quam vt milites nobiles, praesertim in Prussia vicinisque regionibus more seculi conducerentur. Itaque iura feudorum Germanica cum reliquis iuribus e Saxonia recepta fuerunt, vt ipsa feuda iuris Saxonici et Magdeburgici dicerentur¹⁷⁾. Quare ius feudale Germanicum seu Saxonicum corpori legum ineunte seculo XVI. Regis Alex-

Alexandri iussu per Cancellarium regni Ioannem Lasconem, sermone latino insertum et auctoritate publica receptum fuit¹⁸⁾). Sed haec versio intra fines regni Polonici se continuit, a Repgouio enim ipso aut Germano quodam confectam fuisse, nemo facile dixerit, primus autem Goldastus monumentorum Teutonicorum scrutator, si non tollers semp̄ et acutus, certe felix, doctus ac diligens, illam versionem in Germania edidit¹⁹⁾), nec omnem ipsi in explicando et illustrando iure feudorum abiudicauerim utilitatem²⁰⁾.

δ) De glossis iuris feudalis Saxonici.

Codex iuris feudalis Repgouianus interpretes etiam suos natus est, quos vocamus glosfatores, adfuit harum explicationum copia iam anno MCCLXVII. magno arguento, insignem iam tum istius codicis in decisionibus causarum feudalium fuisse auctoritatem. Talis enim opera libris iudicum tantummodo impendi solebat. Interpretes fere nobiles fuerunt, quos et feudorum possessio et usus quotidianus adegit, ut iuri clientelari operam darent atque ipsa adeo iurisprudentia feudalis diceretur nobilis²¹⁾). At enim peruersam plane interpretandi regulam secuti sunt. Italica enim institutione imbuti, iuribus patriis lumen affundi oportere ex legibus Romanis existimarent, atque eo ipso insignem iuri patrio intulerunt corruptelam²²⁾). Itaque parum utilitatis

ex his glossis percipies, nisi gnarus patrii iuris peregrina a domesticis secreueris²³⁾.

¶) *De opusculo Richisteig Lehnrecht dicto.*

Ordo iudiciorum feudalium scriptoribus medii aetui singulari industria excultus fuit. Cum autem hic mores aliquam mutationem effecissent, IOANNES NOBILIS DE BVCH, qui ordinem iudiciorum ciuilium seorsim ediderat, eandem operam iuribus disceptationum feudalium impendendam constituit²⁴⁾. Itaque ex Regouio moribusque sui temporis ordinem iudiciorum feudalium accuratius composuit, neque dubitari potest, quin libellus iste magnam in curiis clientelaribus obtinuerit auctoritatem, exoleuit autem paulatim, hodie certe in iuribus istorum temporum inuestigandis praefstat utilitatem²⁵⁾.

¶) *De sententiis iudiciorum feudalium.*

Insignem iuris feudalis portionem ex decretis curiarum clientelarum manasse, suo loco diximus, paulatim etiam in iudiciis feudalibus receptum fuit, vt acta instruenda sententiae dicendae caussa dicasteriis transmitterentur. Supersunt igitur sententiae caussarum feudalium in codicillos collectae et editae, quas in studio iuris feudalis sicco pede praeteriri nolim. Inde enim intelligimus quo modo paulatim iurisprudentia feudalis ad nouos mores adcommo-
data

data fuerit, vt taceam insignem, quam in singulariſ quæſtioneſ praefant vtilitatem ²⁶⁾.

- 1) HOR. COMMENT. P. II. Vol. I. lib. II. §. 21. p. 264.
Ad ius feudale nostrum nūc pertinet praefantissimum in ſuo generē opus V. ILL. ZEPERNICKII gesamte Nachrichten von den mebreften bekannt gewordeneſ Handſchriften des Sächſiſchen Lehnrechts 1794. T. IV. der Miffellaneen zum Lehnrechte num. XII. et feorſimi quoque editum.
- 2) De codice iurium Germanicorum Magdeburgico c. I. §. 20. p. 252. enarrauimus historiam.
- 3) Codices à GAERTNERO in praefatione Iuri Provinciali praeſuſſa § 10. atque a ZEPERNICKIO recenſiti exempla praebent.
- 4) ART. LXXIV. AVCTÖR ait: als bieuor geſprochen iſt in dem Landrechtbuche. Zobelius quidem in locum ultimi verbi ſurrogauit LEHNRECHT, ſed optimi codices, et textus Schilterianus et Senkenbergianus, allatam lectionem tuentur, ideoque retinenda erit.
- 5) GLOSSA cap. VII. iam tradidit Repgovium iuris feudalis auctorem. Argumentum a filio petitum HEINEC CIVS Anriqu. Germ. T. I. p. 463. deduxit.
- 6) Confer si placet AVCT. de benef. cap. I. §. 1. et 2. cum art. I. Iur. Feud. Sax. illum. cap. III. § 21. hunc art. LXXXIII. illum. cap. I. §. 45-49. hunc art. XXII.
- 7) Locum de primis electoribus legitimae electionis testibus apud ſedem Romanam art. IV. ad ſua tempora adcommodauit.
- 8) cf. REPGOVIVS art. XX. art. LVII. seqq. art. LXXXVII. edit. Senkenb.
- 9) Inſcriptiones codicum id demonſtrant, quibus plerumque legitur: Hie hebet ſich an das Leben-Buch aut Lehnrechtbuch, aut ſimpliciter, Lehnrecht. ZEPERNICKII opus vel foliis oculis perlustranti exempla occurrent. In editione Auguſtana an. 1508. inſcribitur: Hie vahet an das Lehnrecht, et GLOSSA ad art. I. in fine ait: darum iſt dieses Buch Lehnrecht genaunt. —

- ¶ 10) GLOSSATOR ad *Ius Feud. cap. II.* ait: *Hie hebet sich an das Lehnrecht, das Kaiser Friedrich gesetzt hat zu dem gemeinen Nutz, indem er lernen will und anzeigen die Sachsen, die do Lehenrecht begehrn, (melius in editione Augustana 1508. die auf Lehenrechte geen) und ist gerhebt in eins und achtzig Capitel. Inde manare videtur inscriptio Saechsisch Lehnrecht, quam in editione Budissensi an. 1557. reperio.*
- ¶ 11) cf. LAVHNIVS vom Sächsischen Lehnrechte, als einer Sammlung gemeiner deutscher Lehnsgewohnheiten in SCHOTTI Syloge Iuristisches Wochenblatt inscripta P. I. p. 369.
- ¶ 12) cf. Art. I. et LXXXIII,
- ¶ 13) Contende, si placet, tabulas anni 1276. apud ERATHVM Cod. Quedl. Dipl. p. 256. cum Art. XVI iuris feudalis Saxonici.
- ¶ 14) Opera ad hunc locum illustrandum pertinentia nota I. introductioni addita, recensuimus. Ius equestre Liuonicum in primis memorandum est. Illum in has regiones cum colonis et vassallis Germanis ab initio sine scripto obtinuit. Initium scribendarum legum fecisse traditur ALBERTVS I. Liuoniae Episcopus, cuius codex articulis LXVII. constans tali inscriptione editus fuit: *Das aelteste und erste Liefländische Ritter und Landrecht, wie solches von weyland Bischof Albrecht dem ersten zu Riga, mit Rath Meijer Volquins und seines Ordens, auch Bewilligung seines Adels und anderer Zugezogenen gesetzt (alii legunt Gesetze) aufgesetzt und publiciret worden ist umbs Jahr nach Christi Geburt 1225. Hoc rubrum a legum latore non profectum fuisse, mox pater atque omnino aetatem anno MCCXXVIII. recentiore prodit. Alter codex iuris equestris, qui hodie in Liuonia obtinet, articulis CCXXXVIII. compositus, incertae aetatis est, complebitur autem priorem codicem fere totum, deinde multa capita ex iuribus Repgouianis expressa aliquis fontibus hausta. Hoc iuris equestris corpus anno MDXXXVII. impreßum, cura OELRICHSII recusum fuit, indicem capitum ex Speculo Saxonico expressorum AVCTOR des Verfuchs einer Geschichte des Liefländischen*

schen Ritter und Landrechts p. 295. praeante OEL-RICHSIÓ confecit, versionem autem in lingua hominam supra iam indicauimus.

Edidit idem auctor p. 257. CODICEM *Iuris Feudalis Ehfalandici anno MCCCXV. confectum*, qui maxima ex parte cum priore iuris Liuonici codice conuenit, quod editor non in historia solum, sed in margine ipsius iuris obseruauit. Origo horum iurium a WALDEMARO II. Danorum Rege, qui anno MCCXIX. Ehfalandiam expugnauit, ibidemque vassallos constituit, repeti solet. Hoc ius ab initio incertum, sine scriptura obtinuit, donec ERICVS R. anno MCCCXV. illum codicem confecit. Auctor historiae supra laudatae origines horum iurium ex Dacia repeti debere statuit, putatque codicem iuris Liuonici priorem ex codice iuris Ehfalandici ab Erico R. confecto, expressum fuisse. Neutrum mihi placet. Toto enim narratio coniecturis nititur, atque auctor vniuersam iurium Teutonicorum historiam non satis penitus videtur. Non repugno iura feudorum regnante Waldemaro II. in Ehfalandiam fuisse propagata, sed nego leges datas aut promulgatas fuisse. Codex Ericianus ait: *und begnade se mit Islandem Rechte*, at haec verba non legum lationem significant, sed ius feudale id est, possessionem hereditariam cum iuribus ac priuilegiis in feudis acceptis. More enim Germanorum militibus suis praedia et terras in prouincia expugnata iure feudi concessit. Vassalli igitur iura feudorum sequuntur sunt, quae quia cum iuribus Germanorum praesertim Saxonum conueniunt, sua sponte sequitur, ut e Germania et Saxonia repeti debent. Atque id ipsum etiam vniuerse historiae congruit. Ex Dania enim ista iura non manasse, inde colligere mihi videor, quia isto tempore iura Danorum scripta plane non aderant, et quae hodie adiungunt, ab iis, quae codice Ericiano comprehenduntur, plane diserepant. Quare Danorum Regem Ericum anno MCCCXV. iura feudorum ex codice Albertino expressisse atque ad Ehfalandiam adcommodeasse, persuasus sum, nee tamen huius rei argumenta persequar, meliora docentem lubens auditurus.

15) Late

15) Late hanc quaestione tractauit **BVRIVS** in comment.
ad Schilterum p. 177 modo ne priscum negasit vnum,
qui vel inde, quod Fridericus A. huius iuris auctor fertur,
euincitur. **HORNIVS** in *Iurispr. Feud.* cap. I. 32. hodieque
valere ait, id autem recte negat **HARTM. PISTORIS**
Quaest. Iur. Lib. I. qu. XVI. num. ii. lib. II. Qu.
XXV. num. 35.

16) Triplicem iuris prouincialis lectionem, Authenticam, Bel-
gicam et Misnensem *P. II. Vol. I. p. 268.* distinximus,
hoc loco duplicum textum iuris feudalis discerni debere
moneo, Authenticum et Misnensem, textus enim Belgicus
mihi non innotuit, breui igitur de virtusque textus
editionibus quasdam videamus. **LAVHNIVS** apud
ZEPERNICKIVM in sylloge opusculorum ad ius feudale
pertinentium *T. II. p. 181.* notitiam quorundam codi-
cum et editionum dedit. In recensendis codicibus nunc
omnibus palmanam praeripiunt **ZEPERNICKIVS**, de edi-
tionibus haec mihi obseruare liquit. Exstet editio iu-
ris Prouincialis tali rubro: *Der Sachsenpiegel oder*
Leen-Recht, in cuius fine legitur: *Hier endet sich der*
Sachsenpiegel oder Leen-Recht dem der erwürdige —
Bischoff zu Neuenburg gedeutet hat mit Innhalts gar
vielen schönen Concordantien, der mit großen Fleiss zu
Leipz gecorrigiret und auf die Meischenische Sprache
gedruckt ist, nach Christi Geburth Taufend Vierhun-
dert in dem X. Iare Sonnabend nach Kiliani, at vero
non ineft ius feudale, sed ius prouinciale, vt loco Leen-
Recht, legendum fit Landrecht,

Exeunte seculo XV. et sequentibus duobus, placuit
sere textus Misnensis, quem editiones sequentes exhibuerunt.

Der Sachsenpiegel mit sampt dem Weichbild und
Lehnrecht, Augsburg bey Hansen Schoenperger vollendet
im Iahr MCCCCXCV. Huius editionis Gaertne-
rus, Pütterus, Selchouius, aliqui meminerunt.

GRVPENIVS de libris iuris Saxonici p. 80. retulit edi-
tionem Augustanam des glossirten Weichbildes und glossir-
ten Lehnrechtes und remissiorii an. *MCCCLXXXVIII.*
cui consentit **LAVHNIVS** qui tali inscriptione opus re-
censuit: *Remissorium mit sampte dem Weichbild und*
Lehn-

Lehnrecht atque hoc sine: hier endet sich das Remissorium mit sampt dem Weichbild und Lehnrecht. Gedruckt und vollendet zu Augspurg von Hansen Schoensperger an der Mittwoche vor St. Gallen Tag des iars als man zalt nach Christi Geburth MCCCC und XCIX, Iar. Ab hac editione differt: Remissorium mit sampt dem Weichbilde und Lehnrecht, in cuius fine dicitur: Also ist vollbracht, gedruckt und vollendet das remissorium mit sampt dem Weichbild und Lehnrecht von Maister Hansen Ormar zu Augspurg in kosten des fürsichtigen Herrn Iohann Rynnmann von oeungen auf Lucie des Iares, als man zelt nach Christi Geburt M. D. und VIII. Iar. Duas editiones iuris prouincialis Saxonici Augustanas, quibuscum ius feudale iunctum fuit, vnam anni MDXVI, alteram an. MDXVII. retulit DREYERVS in Beytraegen zur Litteratur und Geschichte des deutschen Rechts p. u7.

*Saechsisches Weichbild und Lehnrecht — editore ZOBELIO Lips. 1537. prodiit, idem anno 1547. iuri Magdeburgico P. II. Vol. I. p. 259. recensito, cum glossis, summaris et praefatione fol. 1. — CXIX. adiunctum legitur, ut exemplaria hac inscriptione, *Saechsisch Weichbild, Lehnrecht und Remissorium* Lipsiae annis seculi decimi sexti quinquagesimo primo, sexto et septimo impressa et a LAVHNIO commemorata taceant. ROMANVS etiam *Ius Feudale cum Magdeburgico et Provinciali* Lips. 1589. edidit, Zobelium, qui nouam quam parauerat editionem ipsi curandam reliquerat, secutus.*

Ius Feudale nostrum sigillatum etiam prodiit, antiquissimam editionem sine die et consule excusam recensuit LAVHNIVS, exstat etiam in BVRGEMEISTERI Corp. Iur. Publ. et Priu. T. I. p. 275. nec LUNIGIVS Corp. Iur. Feud. T. I. p. 275. illud præterreundum duxit.

Exemplaria haec tenus recensita, quantum eisdem eorum inspiciendorum et iudicandorum copiam nactus sum, textum authenticum non exhibuerunt, sed ad dialectum in primis Misnensem adcommodatum, at vero SCHILTERVS et SENKENBERGIVS in textu originali edendo occupati fuerunt. Ille Codici Iuris Feudalis Alemanni-

Alemanni p. 95-116. editionis Schertianae IVS FEVDALE SAXONICVM ex vetusto codice manuscripto bibliothecae Paulinae Lipsiensis descriptum adiunxit, hic *Corpori Iuris Feudalis* num. V. IVS FEVDALE SAXONICVM ex codicibus manuscriptis inferuit, capitibus aliter atque in exemplari Schilteriano distributis. Utramque editionem prae aliis athibendam susserim, utra autem in critica praestantior et in texu secundum literam codicum exprimendo accuratior sit, existimare fine codicum collatione, difficile est.

Tandem commemoranda venit editio mixti generis TACOBI FRIDERICI LUDOVICI hac inscriptione: *Das Sachsische Leburecht in der altdutschen, lateinischen und iero gebrauchlichen hochdeutschen Sprache nebst Auszügen aus der Glossa und Vergleichung der Zobelischen und Romanischen Edition Halae 1721. 4. Ceterum ius feudale Saxonum expectat adhuc editorem historiarum, antiquitatum, iurium patrum et in linguae priscae potentem, ingenio, arte critica et diplomatica Schiltero, si non superiorem, certe haud inferiorem, ut et noua textus recensio ex optimis codicibus componatur et commentario ipsum ius illustretur. At enim nostra aetate, qua haec studia frigere incipiunt, talia vix optari, tantum abest, ut sperari possint.*

17) cf. *Historia feudorum iurisque feudalis in Polonia apud ZEPERNICK. T. IV. Miscell. Iur. Feud. p. 494.*

18) Versio haec in Privilegio regni Poloniae, quod P. II. Vol. I. libro I. §. 21. nota 19. p. 278. descripsimus, continetur fol. 245b - 263. cuius initium est: *incipit liber, in quo continentur iura fidelia. Quoniam in praecedentibus duobus libris huius voluminis euile et prouinciale ius competenter translatum est in latinum, oportet in hoc praesertim ius feudale conuenienter persequi transferendo, ut iuris viriusque prouincialis scilicet et feudalis cognita veritate per indicium rectum iniquorum astus reueletur verasque sententias peruerternitatem scabinorum iniurias detegatur ac etiam iustos et pauperes deprimentium superborum audacia compescatur; finitur opus his verbis: finis libri iuris feudalis cum primis praecedentibus duobus libris Theutonici Magdeburgensis libris.*

19) In

- 19) In collectione consuetudinum et legum imperialium p. 192. hoc titulo exstat: *Ius feudale sicut apud Saxones, Bohemos, Brandenburgios, Holstatos sive Danos, Silesios, Borussos, Linones, Polonos, Lituaniros, Russos, c. c. adhuc reperitur et a Saxonibus Friderico I. Imperatori attribuitur, defumum ex Statutis regni Poloniae impreßis Cracoviae anno 1505.* Hoc rubrum GOLDASTVS inscripsit, textum autem non ex opere authentico, sed ex alio, quod tali inscriptione prodidit: *Statuta, decreta et constitutiones Sigismundi I. Regis Cracoviae 1524. atque ancilla Zamisci 1602. expreflit.* Eundem textum ex GOLDASTO dedit BVRGERMEL-STERVS Corp. Iur. Publ. et Priu. T. I. p. 299. et LV-DOVICI c. l. nec non SENCKENBERGIVS Corp. Iur. Feud. num. VI. p. 314. vbi tamen multa irrepserit vitia.
- 20) Quali usus fuerit codice IOANNES DE LASCO, nondum inuestigare potui, textus latinus ordinem codicis Lipsiensis a Schiltero editi fere seruat, lectionibus tamen saepe discrepantibus. Itaque in textu Teutonico ex latina hac versione emendando, valde cautus sis oportet. Exemplum versionis addam.

TEXTVS AVTHENTICVS VERSIO LATINA apud
edit Schilt. cop. XXIII. IOANNEM DE LASKO fol.
ait:

249a ita vertit:

Der herre en sal nieman-
nes manschaft versprechen,
ane des der des bershildes
darbet, oder des der in des
riches achte ist, oder in deme
selben gerichte verveßet ist,
oder ab in derselbe herre be-
claget hat vor des landes
richtere une roub. oder um
ander ungerichte, unde ime
mit utein geteidinger ist,
binnen teydingen en darf der
herre in zu manne nicht ent-
phan. Wen aber der herre
zu manne entphat her en mac-

Dominus non tenetur ali-
cuius homagium respiciere, nisi
eorum tantum, qui scuto bel-
lico non vntuntur, aut illega-
lium sive etiam in eodem iu-
dicio proscriptorum, vel si do-
minus tracerit ad iudicium
coram Iudice provinciali, su-
per spolio aut violentia, et
terminus fuerit per senten-
tiam prorogatus, infra illum
terminum non oportet domi-
num homagium recipere offe-
rensis. Quem recipit domi-
nus in vafallum, illi negare
ime

ime nicht weigern gut zu li-
hene dar er mit rechte an ime
gebracht hat und sine man-
schafft umb geboten hat. der
herre sal sine manne zu aller
Zit und in allen steten gut
liben dar man ez in zu rech-
te angeret. wenn alleyn in
Kirchen und in Kirchhofen.

non poterit feudum conferre,
quod iuste deduxit in omni
tempore et in omni loco ad
ipsum tenetur dominus feu-
dum conserue, iusto modo per-
tenti, excepto coemiterio et
Ecclesia.

- 21) IUS FEVD. ALEM. inscribitur: *Hie hebt sich das edle
Lehnrechtsbuch an.*
- 22) Duplex etiam iuris feudaloris, quemadmodum *P. I. Vol. I.*
p. 286. de iure provinciali obseruauimus, exstat glossa,
latina et Teutonica De illa quaedam attulit LUDO-
VICI §. XI. seqq. praefationis iuri feudalii Saxonico
praemissae, auctorem ignorat, atque ipse ignoro, id
autem certum est originem primam in Polonia esse que-
rarendam atque inde in Germaniam translatam, ideoque
non in omnibus manuscriptis, sed in quibusdam recente-
rioribus modo latius modo contractius exstare; haec
autem in patrio solo paulatim nata, eundem, qui glo-
ssas iuris civilis Regiomontiani composuit, ordinatorem ha-
buisse videtur. Editiones in re ipsa conueniunt, sed
discrepant saepe in lectionibus verborum, in recentio-
ribus summaria textus et glossarum reperiuntur.
- 23) Vnum locum addam, incidit in manum cap. II. vbi glo-
ssa ait: *Das Leben ist der Ritter sold, das in zugefügert
ist von des Reiches Gut oder von der Herrn eigen durch
ihrer Erwürdigkeit willen, ut in auth. de mandatis*
Principum oportet, collatione tertia. Res ipsa vera est,
sed quis non irrideat probationem. Atque ibidem
feuda sceptri repetuntur ab Ahasuero Rege, qui sceptrum
*tanquam signum concepti in pectore amoris pulchritudi-
nini Estrae submiserat. Hac quidem ineptiae neminem*
*in errorem inducent, sed constans est glossatorum tra-
ditio hoc nostrum ius feudale a Friderico A. proficisci,*
*in quo genere iuris Longobardici atque Germanici con-
fusionem subesse nemo non intelligit. Loca attulit*
SILBERRADIVS ad HEINECCII Hisp. Iur. Lib. II.
§. 77.

24) HOR.

24) HOR. COMMENT. P. II. Vol. I. §. 25. sub a. p. 311.
pluribus de auctore diximus.

25) Vterque iudiciorum ordo ciuilis et feudalnis editioni
Augustanae Iuris Provincialis anno 1516. atque hic
Speculo Saxonico Lipsiae 1528. excuso adiectus reperi-
tur. Optimae editiones sunt, vna IAC. FRIDR. LV-
DOVICI in libro: *Einführung zum Leibnizproceß* app.
p. 65. altera SENKENBERGII Corp. Iur. Fend. nunc.
VIII. p. 391. quibus tamen ea praefiat, quae apud KOE-
NIGIVM T. I. P. I. num. III. Corp. Iur. Germ. p. 250.
ex codice manuscripto optimae notac, fontibus ex qui-
bus singula loca manarunt in margine adiectis, exhibi-
batur.

26) HOR. COMMENT. P. II. Vol. I. §. 25. nota 20. p. 318.
iam fasciculum sententiarum excitauiimus, cuius pars
prima inscribitur: von Lehengut und Leibgeding, ex
quibus multa tam ad interpretationem iuris feudalnis,
quam ad decisionem causiarum pertinentia, promi pos-
funt. Ut ne id frustra dixisse videar, hanc partem sen-
tentiae secundae addam: Sind drey brüder genest nem-
lich H. P. und G. Und der elteste als H. hat ire ve-
terliche gütter erstlich in drey teil geteilt, und seinen
teil zu sich genommen. Aber die andern zweu P. und
G. haben ir gut beieinander ungesondert gehalten, und
derselbigen beyder einer, als P. ist darnach verstor-
ben etc. Und hat H. seinen eltesten und gesonderten
bruder an einem, und G. seinen iüngsten und ungeson-
derten bruder am andern teil, und darzu Leben und
Rittergütter nach sich gelassen. Wiewol denn bemelte
drey brüder ire gütter geteilt, und H. der elteste, sich
von den andern beyden gesondert, und die andern und
iüngsten zweu beisammen bliben. Dennoch gleichwohl,
wo die bestimpte teilung eine schlechte sondersung, und
nicht eine erbliche teilung gewest, also dass sie nicht alleine
die gütter gereicht, besonder auch den seumplichen
leben und künfriger anwartunge abgesagt, so bette ge-
dachter P. seinen nachgelassen gebürtlichen anteil auf
ehgedachte H. und G. Seine brüder zu gleichem teil
bracht und geseller. Annun huius sententias definire
non valco, inde autem intelligitur duplex, quam supra

T

expli-

explicauimus diuisionis, plena seu perfecta et minus plena
seu imperfecta, deinde quaestio*n*is illius in utramque
partem agitatae, an *is*, qui cum defuncto in compo-
sitione corporali fuit, alterum, in communione pro-
prietatis constitutum, sed compositionis corporalis ex-
pertem a successione feudi excludat, distincta decisio.
Itaque regula est, cum, qui partem suam perfecta diuisione
acepit, excludi a compositionibus, qui plena di-
visione erunt ceterum non fecerunt. Ex hac ratione
aliam decisionem huic contrariam, explicandam cen-
feo, est haec: Sprechen wir, Hat F der elter feliger,
bey zeit seines lebens seinen dreien Söhnen L. H. und
M. einem iglichen was im folgen sol, aus seinen gütern
eine aufsatzung und teilung gemacht, welche sich die-
selbigen seine söne, nach seinen absterben also gehalten,
dergestalt, das M. seinen teil vor sich alleine zu ge-
brauchen genommen. Aber L. und H. seyn in ungeson-
derten gütern bliebene. So denn nun gedachter M.
verstorben, und hat hinter i[n] zwen söne verlassen, und
ist nach denselbigen M. L. sein bruder auch verstorben,
und H. seinen bruder an einem, und gedacht M. sei-
nes bruders zwen söne am andern teil, darzu seine Le-
bengüter nach sich verlassen. So hat gedachter L. sol-
che seine Lebengüter, die im aus kraft der veterlichen
teilung zugefallen, auf H. seinen leiblichen bruders
sonderlich aus kraft des lebenbriefs, so uns mit zukom-
men, brucht, und gefellet von Rechts wegen. Itaque
frater, qui cum defuncto in compositione fuerat, tra-
tris liberos extra eandem constitutos exclusit, ratio qui-
dem non exprimitur, sed ex priore sententia patet in
proposita specie plenam intercessisse diuisionem. Est
haec quaestio in Saxonia Electorali; vtrum coiuicti*n*is,
id est in compositione constituti, simultanei inuestiti*n*os
in eodem gradu cum illis sed extra compositionem con-
stitutis a successione feudi excludant? adhuc dubia, vt
adeo summa collegia dissentiant. Vtriusque scholae
auctores allegauit VIR GENEROSISS. DE BÜNAV
Præf. v. ILL. KINDIO diff. problema iuris feudalis:
num in successione in feudum commune coiuicti*n*is com-
possessores simultanei inuestiti*n*os potiores sint. Lips. 1787.
proposita;

§. 39.

III. De codice iuris feudalis Sueuico.

a) Historia Iuris feudalis Sueuici.

Exstitisse aliquem in Franconia Sueviae Eccardi Saxonis aemulum, qui iure Repgoviano fundamenti loco posito opus iuris suis temporibus regionibusque adcommodatum edidit, alio loco ¹⁾ enarrauimus, eidem autem codici adiungi ius feudale, constat, ideoque historiam eius videamus. Quis huius iuris fuerit auctor, certo testimonio probari nequit, eundem autem iuris feudalis suisse conditorem, quem ius prouinciale edidisse diximus, multis argumentis patet, ideoque non est, ut pluribus de aetate auctoris disputetur. Morem iungendi ciuilia et feudalia iura non allegabo, sed si perpendimus codicibus manuscriptis vtrumque opus fere iunctum reperiri, Eccardum Saxonem, cuius aemulus fuit Suevus, vtriusque iuris codicem composuisse, linguam et multa alia iuris prouincialis atque feudalis congruere et tandem auctorem saepius ius prouinciale antea scriptum citare ²⁾, tandem in hoc ipso animum edendi iuris feudalis prodere ³⁾, nrae firmissa est collectio et argumentatio, vnum esse iuris prouincialis et feudalis auctorem.

Codicem Repgovianum non secutus est compilator, sed eundem potius expressit ad

T 2

sua

sua tempora suasque regiones aptatum ⁴⁾. Itaque in iure feudorum quaedam latus persecutus est atque Saxo ⁵⁾ quaedam declaruit ⁶⁾, addiditque nonnulla tam ex iure temporis sui ⁷⁾ quam ex moribus regionum, in quibus versabatur ⁸⁾; contraxit e contrario atque corrupit locos quosdam Repgouii ⁹⁾, ut interpretem omnino ad fontem recurrere oporteat. Contentiens etiam est virorum doctorum opinio, auctorem veterem de beneficiis in rem suam non vertitisse, sed dissentiens, an ius Longobardicum in fontibus poni debeat. Evidem suu loco probasse mihi videor, auctorem sententias Romanorum atque varia iuris ciuilis capita iuri prouinciali inseruisse, atque ni fallor eiusdem iuris vestigia etiam in iure feudali apparent ¹⁰⁾, ex quibus equidem colligo ius Longobardicum compilatori nostro incognitum non fuisse. Inde enim a Friderico I. legebantur feudorum iura Bononiae, regnante Friderico II. A. nouellis Iustiniani decimae collationis nomine adiecta fuerant ¹¹⁾, ideoque auctorem nostrum latere non potuerunt, an autem in codice suo edendo librum iuris Longobardici adhibuerit, certis argumentis nondum d dici ¹²⁾. Nec alte repetendae sunt neglecti iuris Longobardici rationes. Iura feudorum in Germania ab iis, quae in Italia obtinebant, multis modis discrepabant, scriptor iuris Alemani erat clericus ideoque ab omni feudo rum vsu remotus, ius Repgouianum habebat

ante

ante oculos, eaque de caufa ab hoc, vt ne fal-
leretur, veritus est recedere. Deinde caufa-
rum feudalium decisiones in iudicio Parium
positas cognorat, ideoque prudenter existima-
vit, nihil innouari oportere. Quare hunc codi-
cem purum et a perigrinis iuribus intemera-
tum, eiusdemque auctoris iuri provinciali lon-
ge anteponendum dueo. Opus ab editore
LEHNRECHTBUCH inscriptum fuit ¹³⁾ sed posteri,
vt a iure Repgouiano distingueretur, Sueicum
appellarunt, non iurium significandorum, sed
patriae demonstrandae caufa. Tradidit enim
auctor iura communia eundem in modum at-
que Repgouius.

B) De vſu et auctoritate iuris feudalis Sueici.

Auctor eundem prae se fert finem, quem
in opere Repgouiano animaduertimus, neque
votis suis excidit. In Franconia enim, Suevia,
Bauaria, Austria vicinisque regionibus magnae
fuit auctoritatis, quod et codices saepe de-
scripti et loci iuribus curiarum clientelarum
propriis inserti demonstrant. Itaque Schilteri
opinio statuentis illum iuris feudalis codicem
in comitiis Noricis an. MCCVIII. editum et
auctoritate Caesarea promulgatum fuisse, ad-
plausum non meretur ¹⁴⁾, an autem vſu fori
receptus fuerit, quaeritur. Evidem id in iis
territoriis, quorum paulo ante meminimus,
affirmandum censeo, ea tamen lege, vt pro-

T 3 pria

pria cuiusuis curiae atque prouinciae praeua-
luerint iura. Sed haec ipsa iura impedimento
fuerunt, quo minus tantam atque codex Rep-
gouianus nanciseretur auctoritatem. In istis
etiam regionibus citius inualuit ius Longobar-
dicum, quam in septentrionalibus ideoque
euenit, vt seculo XVI. exolesceret¹⁵⁾. Neque
tamen non multiplex hodieque est eiusdem co-
dicens usus. Etenim inde non origines solum
iurium recte demonstrantur, sed insignem etiam
in explicandis singularum curiarum iuribus in-
que legibus adeo imperii praefat vilitatem,
atque consuetudines feudorum, modo aliis
argumentis iuuentur, inde fulciuntur, vt viri do-
cti merito studium operamque in eodem edendo
atque illustrando posuerint¹⁶⁾.

1) HORVM COMMENT. P. II. Vol. I. §. 22.

2) Locos quosdam notabo editionem Senkenbergianam secu-
tus; cap. XVII. §. 6. ipse Rex Germaniae remittit ad
ius ciuile, quod vocatur Landrechtbuch (cap. LXV.)
deinde cap. XVIII. probatio legitimorum impedimen-
torum vassallo imponitur, als bievor in dem Landrecht-
buch steht, (cap. CVII. §. 5.) und was erbaft Not ist,
das ist auch bievor geschriften (cap. CCLXXXIII.) tum
cap. XXXXIII. de testimonio refertur, als das Land-
rechtbuch vor sagt (cap LXXVIII. et LXXX.) His adde
cap. XXXXVI. §. 2. cap. CXXXXI. §. 3.

3) cf. IUS PROV. cap. VIII. §. 10. cap. IX. §. 6. edit.
Labr.

4) SCHILTERVS atque SENKENBERGIVS in editionibus
suis locos iuris Repgouiani diligentur notarunt,

5) Huc refero praerogativas Comiti Palatino ad Rhenum
iure muneric sui tributas IVR. PROV. cap. XXI. §. 8.
et FEVD. cap. XVII. §. 14. Modum et ordinem demini-
nuendi

nuendi clypei egregie exponit cap. IX. Iuris Prouincialis. Insignis est locus de feudis vexilli cap. CXXXVI. qui autem difficultibus non caret, quas hoc loco tollere meum non est.

- 6) Locus de simultanea inuestitura apud AVCTOREM de Beneficiis cap. I. §. 83 et SAXONEM cap. 34. et SVEVVM cap. 37. iuncto cap. IV. exemplum praebet.
- 7) cf. cap. 24. §. 2. et 3. cap. 38. §. 4-6.
- 8) cf. cap. 60. cap. 84. §. 2. In locum cerevisiae, cuius Saxo art. LXXIII. meminit, substituit vinum cap. CXXXIII. cap. LXXXIII.
- 9) Cap. 18. §. 1. ex Repgouio cap. 21. explicandum.
- 10) Cap. 85. negat auctor sine consensu possessoris expectantiam dari posse, quam quidem sententiam alii auctioribus repugnantem ex I. vlt. Cod. de Pacis — haustram, sed nunquam in usum deductam puto. Virorum Placentinorum I. F. XXVII. §. 1. eadem olim fuit sententia, quam tamen et Mediolanenses et Cremonenses et ipse iuris Longobardici conditor reiecerunt. Iusinrandum puberum, quod cap. 23. §. 9. statuitur, mihi itidem ex iure peregrino manare videtur.
- 11) Dixi hac de re in primis lineis hermeneutices iuris feudalis Longobardici cap. I.
- 12) SCHILTERVS in editione sua Iuris Alemanni multos citauit iuris Longobardici locos, quibus ius Teutonicum illustretur, sed si quis vtriusque ius contulerit, discrimina mox intelliget, vt textus allegati pro fontibus haberi nequacant. Congruere vtriusque regni iura feudalia, natura rei legomque feudalium historia docet, inde autem non efficitur, vt Suevici iuris auctor Longobardorum sententias expresserit. Atque equidem saepe locum classicum, quem Suevus ex iure Longobardico expresserit, mihi nondum occurrisse. Omnes fere locum IVR. PROV. cap. XXI. §. 5. ex constitutione Friderici I. A. II. F. 56. hanstum putant, sed nec in hac re me consentientem habent, modo vtriusque iuris sensus accurate spectetur.
- 13) In ipso iuris feudalis textu hoc opus appellatur BVCH veluti cap. XXVII. §. 5. cap. XXVIII. §. 1. cap. XXXXI. §. 3. cap. XXXXIII. §. 4. cap. CXIII. aliis que

que locis, in IVRE PROV. cap. VIII. §. 10. LEHEN-BVCH. Schilterus secundum codices manuscriptos initium operis inscriptis; HI HEBET AN DAS EDEL VND DAS RECHTE LEHENBVCH, Senkenbergii autem codex insit; *Hie bebet sich das edel Lehenrecht-buch an.*

¶4) Origines iurium SCHILTERVS *praef. cod. Alem.* §. XV. ad Carolum M. retulit, omnibusque modis operi a se edito publicam conciliare studuit auctoritatem. Duplici imprimis argumento vñs est, uno ex monumentis historicis, altero ex codicibus manuscriptis petito, sed vtrumque iam explicauimus, illud P. I. Hor. *Comment.* §. 56. not. 4 p. 192. hoc P. II. Vol. I. §. 22. not. 13. p. 296. ibidemque not. 2. p. 299. de opinione Lambacheri diximus. Argumentum ex capitulo iuris prouincialis de Regia electione, editionis Lahrianae cap. XXXI. §. 8. depromptum, non eam vim probandi habet, quam Lambacherus ei tribuit p. 8. sed codicem Harrachianum intra annum 1275. et 1290. quo tempore Dux Bauariae Elector et Pincerna fuit, scriptum fuisse; id quod egregie anno 1282. quem scriptor cap. I. iuris feudalis significauit, congruit. Itaque ex omnibus his locis actas codicis Harrachiani, sed non tempus, quo ipse scriptor edidit, significatur. LAHRIVS ad illum iuris prouincialis locum *Corp. Iur. Germ. T. II. P. I. p. 41.* plura dabit. Schilteranam opinionem BVRIVS quoque p. 183. late expendit.

¶5) SCHILTERVS atque SENKENBERGIVS auctoritatem publicam hodie huic codici vindicare studuerunt, quibus accessit CHRIST. NETTELBLADTIVS *praefatione* CAROLI LVNDII *dissertationibus* 1743. *præmissa*, contrarium defendit HARPPRECHTIVS *diff. de speculi Suevi et præfertim iuris feudalis Alemanniæ in foris vicariatus Suevo-Franconico-Palatini non vñ moderno Kiloniae* 1723. sed neutram partem verum, etiam hic in medio possum, inuenire manifestum est. Ipsum enim codicem eo sensu valere, vt omnes sententiae relatae vim legum obtineant, atque intentio ex sola eius recitatione fundetur, nemo facile hodie dicet, *vñsum autem supra relatum nemo facile negabit.* De caus.

causa Rietbergensi, qua illa disceptatio in usum deducenda fuit, non exponam, responsa eius rei ergo petita et data HELLBACHIVS in via iuris feudalis cap. IV. exhibuit.

- ¶ 6) Antiquissima et mox post repertam artem typographicam impressa editio in bibliotheca Guelerbytana afferuari traditur, alia iam anno MCCCCLXXX. Augustae Vindelicorum ex officina Antonii Sorgii prodit, has autem recensere iunat. SEBASTIANI MEICHSNERI *Kayserlich und Königlich Land und Lehnrecht, Satzung, Sitten und Gebrüche, wie unsre teutschen Vorfahren lang wol hergebracht und erhabten, auch durch römische Keyser und Könige weiters erkläret und gebeffert worden sind, darnach sie sich in allen zutragenden Sachen und Fällen in und außerhalb Rechteus treulich und friedlich verhalten haben Francofurti 1561.* Textus iuris feudalis Argentorati MDV. editus fundamenti loco positus, editor tamen uno codice adiutus, et tanto applausu hoc opus exceptum fuit, ut ad preces plurimum nobilium Francofurti MDLXVI. recudereetur.

MELCHIOR GOLDASTVS in opere : *Begriff verschiedener Reichsgerungen — p. 117. ius feudale hoc rubro inseruit: Hier hebt sich das andere Buch an von dem Lehnrechte.* Impresso quodam libro editorem usum fuisse, ex fine iuris feudalis intelligitur atque nifallor, editione Augustanaan. MCCCCLXXX. Adhibuit quoque codicem Heidelbergensem an. MCCCCLXXIII, scriptum atque ita editionem parauit suam.

IOH. SCHILTERI *Codex Iuris Feudalis Alemanni Argent. 1697. 4. iterumque auctior et emendatior cum SCHERTZII prefatione 1728. fol.* Est hoc praestantissimum iuris feudalis opus, auctor nouam eamque authenticam textus recensionem ex tribus codicibus Argentoratensis, duobus Ambrosianis, uno Iungiano et uno Hordederiano dedit, versione latina et commentario egregio adiectus. Reliqua enim, quae huic operi accesserunt, praetereo.

IOH. AVG. NOB. DOM. A BERGER collatio codicis Iuris Alemanni tam prouincialis, quam feudalis

Ius — Lips, 1726. 4. Textum ex codice manuscripto anni MCCCCXXXIII. edidit auctor, recensione Meichsneriana secundum exemplar an. MDLXV. e regione posita. Ius Feudale incipit p. 378. tali rubro; Hie bebt sich an daz Lebenrechtbuch.

CHRISTIANVS SENKENBERGIVS *Corpori Iuris Feudalis* an. 1740. *ius feudale Sueicum secundum recensionem Schilteri ordine tamen mutato et turbato, inseruit, huic editioni autem praeflat, quae T. II. Corp. Iur. Germ. scđ. II. cum commentario HIERONYMI VAN DER LAHR continetur, ex quo EISENHARDTVS eandem Corporioris feudalis intulit.*

B. G. WALCHII *Schwäbisches Lehnrecht nach der bisher unbekannten Meinungischen Handschrift gedruckt mit andern Ausgaben und Handschriften verglichen und mit Anmerkungen begleitet apud MEISELIVM P. II. et III. des Historisch Litterarischen Magazins 1785. 8.*

§. 40.

IV. *De iure feudali Kaiserrecht vocata.*

a.) *De origine et natura huius iuris.*

Historiam operis ius Caesareum appellati suo loco narravimus^{1).} Auctori propositum fuerat totum ius, quo Germania vtebatur, uno tractatu complecti, ideoque non potuit non iuris clientelaris habere rationem. Itaque parte III. exposuit de iure feudorum atque ministerialium, quo quidem verbo omnes imperii vassallos significauit. Summa duntaxat delibavit capita, praecipuamque feudorum imperia- lium habuit rationem^{2).}

Ex

Ex quibus fontibus hauserit, difficile dictu est. Ego certe in perlegendō animaduertisse non memini, aut vtrumque codicem paulo ante expositum aut ius feudorum Italicum adhibitum, eaque de causa statuo, illam iuris Caesarei partem ex vsu atque moribus expressum et ad regulas redactum fuisse. Discrepant enim haec iura, siue verba siue rem spectaueris.

3) *De vsu et auctoritate iuris feudalis Caesarei.*

Haec tertia, qua de feudis praecipitur, operis maioris portio, non potuit non eadem, atque totum opus, experiri fata. Itaque contendere ausim nullam huius de feudis tractatus in decisionibus cauillarum feudalium fuisse auctoritatem. Nulla certe eius rei aut monumenta aut argumenta reperi, haec potius contrarium euincunt, ideoque quod de toto opere pronunciauimus, ad hanc partem applicare debemus. Auctor strictas iuris feudorum imperialisationes secutus, ampliatis vassalorum et Principum iuribus, auctoritatem in iudiciis clientelaribus obtainere non potuit, obstiterunt ipsi etiam codices antea iam confecti et vsu fori recepti, accessit iuris Longobardici vsus legumque nouarum in iure imperii publico atque feudali editarum copia, ut nunc plane adhiberi nequiret. Neque tamen non in interpretandis et illustrandis feudorum iuribus praestat vtilitatem ³⁾.

3) R.

1) P. II. Vol. I. §. 23, p. 300.

2) KOENIGIVS in praefatione T. I. Corp. Iur. Germ. §. 93.
contenta dabit.

3) Emto venditio feudi inter condominos libera declaratur
cap. XXVI. alioquin consensu Imperatoris fiat necesse
est; ius senioris in feudo communi recipiendo *cap. XXIX.*
statuitur; urgente necessitate feudum imperii iure
venditur, accedente tamen Imperatoris auctoritate, et
iure protimieos condominis tributo. At enim unde
cap. IX. in ius feudale irrepserit, ignoro, certe nun-
quam in usum deducendum fuit.

§. 41.

V. De codice iuris feudalnis Goerlicensis.

a) De natura et indole codicis relati.

Nostra aetate nouum iuris patrii codicem
ex archiuo magistratus Goerlicensis editum
fuisse iam diximus¹⁾ hoc loco ea pars, quae
de iuribus feudorum praecipit, in consideratio-
nem cadit. Iura feudorum triginta capitibus
comprehensa sunt²⁾, sed pauca de historia tra-
di possunt. Hoc vnum mihi obseruare licuit,
iura feudalia ex auctore vetere de beneficiis ex-
pressa fuisse. Quod quum idem Repgouius fe-
cerit, omnino quaeritur, an vterque ex latino
textu, an alter ex altero expresserit. Evidem
vtrumque ex textu latino hauisse arbitror.
Repgoium non presso pede auctorem suum
secutum supra diximus, sed codicis Goerlicen-
sis conditor parum ab eo recessit³⁾. Itaque ut
breui dicam, quid sentiam, hic noster in iure
feu-

feudali nihil praeter versionem latini libri de beneficiis dedit⁴⁾ nisi quod in vno alteroue loco auctorem suum neglexerit⁵⁾, quamvis definire nolim, utrum de industria mutationem fecerit addideritue aliquid, an codice ab editis diverso usus fuerit. Quid caussae fuerit, cur interpres noster post opus Repgouianum nouam versionem consecerit, in tanto testimoniorum atque argumentorum defectu dici nequit, nisi forte conjectura capiatur, id partim aemulatione gloriae Repgouiana in Lusatia etiam inualescentis factum, partim ut epitome iuris vniuersi exstaret. Alia enim iura eodem opusculo praeter ius feudale comprehendi iam in alio loco diximus.

β) De usu iuris feudalis codice Goerlicensi comprehensi.

Ius Repgouianum late manasse supra diximus, neque dubitari potest, quin etiam in Lusatia obtinuerit, atque inde euenisce puto, ut nullam illud ius feudale, cuius modo meminimus, auctoritatem nanciseretur. Ipsius codicem innuo, iura enim eodem complexa sunt communia, ideoque de usu eorum nemo facile dubitabit. Codicem enim scabinatus Donensis fuisse, ex quo in caussis feudalibus promferint decisiones suas iudices⁶⁾, probari nequit, cui conjectuae etiam multa alia argumenta refrangentur, certe tam diu latere non potuisset hoc iudicium opus, eiusque rei plura extarent

rent monumenta, si publica eius fuisset auctoritas. Sed in mediis aeuis iuribus tradendis et explicandis omnino praefstat utilitatem ?).

Hi igitur codices iuris feudalis patrii ex medio aevo superstites quemuis edocere possunt; quam ferax legum iuriumque fuerit Germania. Quod si iura peregrina, incuria maiorum nostrorum non irreplissent in Germaniam, nae aequiore atque ad mores ciuitatesque nostras aptiore vteremur iure, neque homines tot litibus ex incerta et dubia legum peregrinarum interpretatione atque applicatione fere nascentibus vexarentur. Sed querelis omisssis ad iura feudorum particularia propero, ut fine in laboris fere improbi attingam.

1) HOR. COMMENT. P. II. Vol. I. §. 24. p. 307.

2) Iplum codicem apud ZEPERNICKIUM T. I. miscellaneorum iuris feudalis num. I. editum p. 1 - 46. conferas quoefso, inscribitur quidem: *Diz ist ein Buch von dem Lehrechte, sed alia etiam eodem comprehendi iura inspiciendi patescit.*

3) Vnum locum addam.

AVCTOR V. de be-
nef. cap. I. §. 44.
ait:

*Si post obitum pa-
triis tamdiu vivit
filius, quod vox
eius auditur per
quatuor angelos do-
minus, atrahit sibi
patris beneficia et*

CODEX GOERLI-
CENSIS cap. XIII
tap. XX.

ita:

*Lebit auch der
Sun nach des vater
tode also lange daz
sin stimme wirt ge-
horit in den wink-
kelin des huses. her
zabit zo imo alle*

*Wenn der Son
nach des vaters to-
de lebet also lange
daz man sine Stim-
me gehoren mac in
vir wenden des hu-
ses, so ist er heer-
alig.*

alienat ea omnibus,
qui secundi erant
in beneficio. Filius,
qui non vinit post
patrem, non heret
aut beneficium.

fines vatir len
unde uremedit sie
allin dien den sie
sin berre zo sime
vatir batte gelien.
Swelich sun nicht
ne lebit nach fines
vatir tote. der ne
uremedit nieman
sin, len nach des
vatir tote.

bet mit fines vater
lene und hat ez ge-
vernet allen den die
ez Gedinge daran
hatten. Der Son
der stirbet e deme
vatere der en nie
chein len erbe,
wend ber mit ni-
chene lene beerbet
ist, darumbe en
brichter he nieman-
ne sin gedinge an
des vaters lene.

Accuratio rem elegantior emque esse versionem Repgo-
vianam mox intelligitur, atque certissime patet Repgo-
vium ex codice Goerlicensi non hauiisse. Nec argu-
mentum antiquitatis ex barbarie facile prometur.
Auctor enim prodit se neutrius linguae fatis gnarum
fuisse.

- 4) Collatio vtriusque auctoris id docet. Sed quam parum
accurate exemplum Germanicum sit, multis locis doceri
potest, cap. XXII. p. 23, ait interpres: ob der Herre
uz deme veret, deesse verbum Lande mox intelligitur,
nisi hoc descriptoris sit peccatum. Quae auctor vetus
§. 131. recte coniunxit, interpres cap. XXIII. et XXIV.
male se iunxit. Interpres se prodit, si cap. II. §. 66.
auctoris de beneficiis, non ad personam referit, sed ait:
diz Buch. Ipsa verio etiam saepe erronea est, cap. I.
ait: clericos et mulieres sextum clypeum transtulisse in
septimum, sed quis vnuquam fando audiuit clericos et
mulieres sexto clypeo fuisse positos. Vnde autem se-
quentia manariint, ignoro. Auctor vetus cap. III. §. 21.
ait: omnem beneficii ordinem exposui, interpres cap.
XXX. inscriptis: von rechenunge et vertit: allir hande
Rechenunge han ich bescheidin.

5) cap. XXVIII. p. 43. seqq.

6) cf. Praefatio Zepernickiana Miscell. T. I. p. VI. seqq.

7) ANTONIUS in libello supra iam laudato multa ingenio-
se obseruauit de hoc codice, sed quoad vestigiis praec-

con-

conceptae opinionis insitit, textum Teutonicum esse authenticum atque inde et auctorem de beneficiis et Regponium sua hausisse, magni aliquid in hoc genere praefare non poterit. Parat iam vir doctus nouam iuris provincialis Saxonici recensionem, vellem ut industria suam proferret quoque ad ius feudale, iungere que Regponio et auctorem de beneficiis et interpretem Germanum. Nae posset egregie de iuribus patris mereri laudemque sibi parere Schilteriana haud inferiorem, nisi forte tempora gloriae eius officiant.

CAPVT II.

DE CODICIEBUS NONNVLLIS IVRIS
FEVDORVM PARTICVLARIS.

§. 42.

*De codicibus ad iura feudorum particularia
pertinentibus.*

De originibus iurium particularium et codicum rationibus supra iam diximus, ideoque hoc loco breuem codicum quorundam notitiam dabo. Evidem hic non enarrabo omnium curiarum territoriorumque iura, quod prope infinitum foret, sed perséquar tantummodo historiam quorundam codicum, ut intelligatur, etiam iura feudorum territorialia medio aevo exulta fuisse. Ante seculum XIII. codicem iuris feudorum particularis editum non inueni, sed seculo XIII. et XIV. initium factum est colligendi iura feudorum particularia. Iam enim fundata et constituta erat superioritas territorialis, plerique nobiles nexu-
feu-

feudali Principibus territoriisque adstricti, neque soli contractus et formulae inuestiturarum sufficere credebantur, iuribus praediorum feudalium tantopere auctis. Quamobrem e republica ex istimarunt vassalli iura feudorum accuratius definire inque scripturam colligere. Videamus igitur nonnulla iuris feudalis voluntaria.

a) *De iure feudali Bauarico.*

Bauaria ab antiquissimis temporibus, iuribus suis vsa fuit, neque ullus Germanorum populus tam integer et sui similis intra fines Germaniae ad nostram vsque perdurauit memoria, quam Bauaricus, vt et antiquitate sua et iuribus moribusque propriis, aliis antecellere videatur¹⁾. Mox a primis gentis Bauaricae incunabulis beneficiorum vestigia cognoscimus, atque institutum feudale tam a Ducibus, quam a Regibus auctum et regimini illatum²⁾; post extinctam in Germania Carolidarum familiam, potentia populi Bauarici sub Ducibus suis eminuit, neque quispiam dubitatibus instituta et iura feudorum in Bauaria et aucta et propagata fuisse. Quanquam Bauari et iura et historiam patriae suae magna diligentia excoluerre, nullus tamen, quantum eidem memini, clientelaria instituta et iura eorumque historiam seorsim excoluit, licet inde noua lux et publico et priuato Bauarorum iuri inferri possit. Meum non est historiam clientelarem omnium

populorum scribere, viam hoc opere praeiui,
vt quilibet facile ex monumentis patriis histo-
riam enarrare possit. Evidem breui codices
iurium recensebo. In Bauaria duplex feudo-
rum ius obtinuit, et commune et proprium,
de vtroque videamus.

β) De iure Bauarorum clientelari communi.

Bauari inde ab eo tempore, quo sub re-
gnum Francorum redacti fuere, cum vicinis
populis Alemannis ac Ripuariis, Austriae enim
ex Bauariae ducatu regnante Friderico I. pro-
ditam, neminem latet, iisdem iuribus com-
munibus vñ fuere. Itaque ius feudorum Ale-
mannicum non admiserunt solum, sed exstite-
re etiam viri docti, more seculi id ipsum ad
patriam adcommodantes ³⁾). Quonobrem pro
iure communi receptum fuit ius Sueicum ex
propria tamen recensione, cuius et auctorem
et aetatem in tanta monumentorum penuria
ignoramus. Editus tamen est ille codex iuris
feudalis Sueici ad Bauariam adcommodati ⁴⁾,
praefstatque tam in Suelico, quam Bauarico
feudorum iure interpretando vtilitatem.

γ) De iure feudali Bauarorum proprio.

Duces Bauariae codicem iuris prouincialis au-
ctoritate Ludouici IV. A. anno MCCCXXXVI.
populis suis confecisse, suo loco diximus ⁵⁾.
Eodem libro iura feudorum comprehensa fue-
re ⁶⁾, quibus partim de natura feudorum Ba-
vari-

varicorum exponitur⁷⁾ partim de modo procedendi in caussis feudalibus coram paribus curiac⁸⁾ statuitur et alii quibusdam iuribus⁹⁾. Hic quidem iuris feudalis codex pro lege in Bauaria non amplius custoditur, neque tamen non multiplicem praestare fructum sua sponte intellegitur¹⁰⁾.

- 1) HOR. COMMENT. P. II. Vol. I. §. 30. sub litt. e. de iure prouinciali Bauarico diximus.
- 2) P. I. c. 4. §. 64. p. 338.
- 3) SENKENBERG *diss. de legibus gentis Bauaricae* § VII.
- 4) SENKENBERG *Corp. Iur. Feud. num. III.* p. 208.
- 5) SENKENBERG *diss. c. § VII.* duos codices manuscriptos allegat, quibus annus 1344 significatur, sed hi contra fidem monumentorum P. II. Vol. I. p. 341. productorum nihil valere possunt.
- 6) SENKENBERG *Corp. Iur. Feud. num. VII.* p. 369. edidit.
- 7) Cap. 187. feuda emita extinctis masculis ad feminas transire statuitur, cap. 194. possessori, quoad valet, consenfu domini absque heredum consenfu, seendum alienare licet, morbo lethali decumbenti non licet.
- 8) cf. cap. 209.
- 9) Singulare mihi visum fuit allodii et feudi coniunctio in plerisque iugium articulis.
- 10) LÜNIG *Corp. Iur. Feud. T. II.* p. 527. iura feudorum ex reformatione iuris Bauarici de anno 1518. retulit, quae maxima ex parte cum pristinis iuribus conueniunt. De iure novo in primis KREYTTMEYERVS ad Codicem Bauaricum. P. V. cap. 18. exposuit.

§. 43.

De iure feudali Austriaca atque Teckelnburgico.

Inter iura feudalia ex medio aevo superstitionia eminent Austriaca.

V 2

a) *De*

a) *De iure feudali Austraco.*

Exeunte seculo XIII. et ineunte XIV. ius **Austriacum** conditum fuisse suo loco diximus¹⁾ insignem eius partem constituant iura **feudalia**. In ipso textu ad iura territorii saepe prouocatur, vt constitutiones ipsae ex moribus maiorum expressae videantur. Ius Sueicum etiam in Austria immigrasse supra monuimus, neque dubito, quin pro iure communi custoditum fuerit, eaque de caussa his statutis iura propria comp'ecti placuit. Omnes Austriae vassalli pro subvassallis imperii habentur, ideoque Imperator solus in summa instantia iudicare fertur²⁾. Feuderum capaces sunt omnes septimo clypeo comprehensi³⁾, quilibet ad defensionem territorii armatus adesse debet⁴⁾, nec tamen vassalli extra fines territorii militare tenentur⁵⁾. Ipse dominus iudicio patrum subiectus fuit⁶⁾, ita quidem, vt si vim cuidam inferre pararet, nullus dictio obediens esse deberet⁷⁾ atque vassallus per vim direptus absque poena sibi vi et armis consulere valeret⁸⁾. Ipsi vassalli Duci quidem subiecti fuerunt, sed multis praediti praerogatiis, vt non in uniuerso solum regimine concurrent, domini terrae dicti⁹⁾, sed castris munitis, Burggrauio custodiae caussa constituto¹⁰⁾, immunitate a tributis et vectigalibus propter seruitia bellica¹¹⁾ aliisque iuribus gauderent. Ex quibus intelligi posse arbitror, sanctiones horum statu-

statutorum ex intimo feudorum iure depropmts fuisse. Quatenus iure hodierno valeant, meum non est disquirere ¹²⁾.

β) De iure feudali Tecklenburgico.

Otto Comes Tecklenburgicus suum et ministerialium suorum ius feudale constituit ¹³⁾. Historiam huius iuris scribere nec possum nec volo, quaedam tamen singularia inde obseruanda videntur. Tenentur vassalli Comiti eiusque castro seruire ¹⁴⁾ ita tamen, ut urgente necessitate extra castrum Tecklenburgicum quoque expensis domini seruitia praestent ¹⁵⁾; qui sine lumine et Camerario dormitorium vxoris domini, aut locum aerarii ingreditur, aut Comitis vitae honorie infidiatur, perdit omnia feuda ¹⁶⁾. Quod si ministerialis concubuerit cum serua sua aut muliere censui obnoxia, puer natus Cameræ fuit, sed si vassallus hanc ipsam puellam matrimonio sibi iunxerit, libera fit et coniux legitima ¹⁷⁾. Mortuo vassallo Hereotum debetur domino.

1) P. II. Vol. I. §. 29. sub a. p. 335.

2) Apud SENKENBERG de collect. Leg. Germ. app. II. cap. II. p. 214.

3) CAP. XXIV. p. 231. Es soll auch niemand kein Volgens haben nach rechten Leben, wann AIN SENTMESSINGER MANN VND DER EIN ERBER BURGER IST von seinen vadern oder der wol sein recht berpracht bat; CAP XXVII. memorantur; Burger die nicht lebensföig sind. Inde egregie illustrantur, quae de septimo clypeo diximus

310 LIB. II. HISTORIA IVRIVM FEVDALIVM.


- 4) CAP. XXVII. p. 232.
- 5) CAP. XXXXI. p. 238. add. cap. XLIX. p. 240.
- 6) CAP. XXI. p. 227. add. cap. IX. p. 219.
- 7) CAP. LXIV. p. 250.
- 8) CAP. XXXII. p. 235. Congruit hoc quodammodo iuri Longobardico II. f. 22. sed nulla reperi eius vestigia, ideoque inde id haustum suisse nego. Qui enim ex simili sanctione mox ad ius Longobardicum colligeret, nae vehementer deciperetur.
- 9) CAP. XXXVII. p. 237. cap. XXXXI. p. 238.
- 10) CAP. 76. et 77. p. 261.
- 11) CAP. 78. p. 263.
- 12) LÜNING Corp. Iur. Feud. T. II. p. 350. seqq. varia ex variis auctoribus legibusque colligit.
- 13) LVDEWIG T. II. Dipl. et Mector. p. 297. leges feudales Tecklenburgicas edidit.
- 14) CAP. 1.
- 15) CAP. 3. et 7.
- 16) CAP. 6.
- 17) CAP. 19.

E P I L O G V S.

Plurimum codicum ad leges et iura feudorum particularia pertinentium historiam enarrare defino, existant quidem iura feudorum palatina, Iuliacensis, Transifalanica et alia in codices collecta, nec diffiteor insignem eorum usum esse in legibus feudorum medii aeui atque adeo in rationibus iuris hodierni interpretandis illustrandisque, sed si quis hosce commentarios legerit, iura curiae et territorii sui facile et cognoscere et intelligere poterit. Haec igitur de Germania sufficient, Italiam peto, quid medium acuum ibidem tulerit inuestigaturus.

VO 78





COMMENTARI^I

DE
ORIGINE ET PROGRESSV LEGVM
IVRIVMQVE GERMANICORVM

PARS II.

LEGES ET IVRA POPVLORVM
TEVTONICORVM MEDIA
COMPLECTENS.

VOLVMEN II.

DE HISTORIA INSTITVTORVM ATQVE
IVRIVM FEVDALIVM IN REGNO GERMANICO

EX IPSIS FONTIBVS HAUSTVM IN VSVM STUDIOSE
IVVENTVTIS PRIVATAEQVE LECTIONIS
PERSPICV^E COMPOSITVM.

EDIDIT

D. CHR. GOTTL. BIENERVS

SUPREMAE CVRIAIE ELECTORALIS SAXONICAE ET
FACULTATIS IVRIDICAE ADSESSOR INSTITUTIO-
NVM IVRIS CIVILIS PROFESSOR ORDINARIUS
IN STUDIO LIPSIENSI.

LIPSIAE,
APVD GEORG EMANVEL BEER
MDCCCLXXXV.